tunum et tempestiuum et nō mo
lestum volo q̄ sup. sis hodie apō
me: q: sup. dionysia sunt hic: id ē
in hoc anno. hoc est nūc sunt bac
chanalia siue orgia que sunt bac
chi sacra seu festa qui bacchus
vna suarum appellationum dici
tur dionysius. Eius autez sacra
a plerisq; grecie vrbibus triēnio
quoq; celebrabantur. Me. non
possum scilicet esse conuiua apō
te. Chre. Cur non potes esse apō
me: queso id est obsecro tandem
id est vno verbo q̄ tantam vim
habere apud te velim q̄tam si
diu te rogassem. et illud foret vl-
timum hoc est postulat chremes
parce aliq̄tulum tibi id est aliq̄
tulos tuos remitte interseca la-
bores ac interrumpe. idem filius
absens vult te facere hoc: id est
vt parcas tibi. Mene. non cōue
nit id est non est conueniens nūc
meipsum fugere laborem: qui sci
licet ego impulerim id est impe-
gerim et intruserim illum filium
ad laborem sumēdum. Chr. Sic
cine. i. vtrū talis est sentētia ⁊ opinio tua. Me. sic est sup. sentētia mea. Chr. bene vale. i. mane bene va-
lens ⁊ sanus. Me. et. i. etiā tu chremes bñ vale. i. bñ valēs abi. Chr. excussit mihi lachrymas. i. lachry
mari me fecit. i. lachrymas in sinib⁹ oculoꝝ meoꝝ oboriri fecit: que ex oculis manarūt ac si fuissent ex-
cusse nam excutere significat commouendo aliq̄d deijcere: vt excute te de puluere: id est te mouendo ve
hemēter deijce a te puluerem: et me miseret eius menedemi. i. eius mia teneor. Sed vt. i. q̄diu tempus
diei est me oportet monere. i. admonere certiorem facere hunc viciñ phaniā noīe vt veniat ad cenam
ibo vt visā id est videam hic. alias eā ad videndum si est domi. Deinde vt sciuit eum iam esse domi sue
subditi nil id est non fuit opus monitore id ē vocatore ad cenā. aiūt hoies. s. i. dicūt eū presto esse id est
adesse ⁊ prōptū seu paratū esse ⁊ cōparere iādudū id ē ex aliquanto ante tpe. egomet moror. i. in mora
detineo conuiuas id est eos q̄ ad conuiuium mecū venerūt. cū ei eos deberem expectare me expectant

Ibo hinc. i. ex hoc loco itro id ē in domū meā. Sed quid. i. cur fores crepuerūt. i. patefacte sūt ⁊ apte. Quisnā. i. q̄s egredit̄ id ē exit hinc a me. i. a domo mea. Est eñi qđ vulgo ⁊ inepte dici solet. q̄s exit de penes me: cū dicendū sit. quisnā a me exit aut effluit. quēadmodum, prius diximus eamus ad me, ꝓ eo qđ barbare dici ꝯsueuit: eamus penes me ꝯcessero id est con cedam ꝯiunctiuū ꝓ indicatiuo h̄ est me con feram vel intrabo huc id est in domum meam.

ibo hinc intro. Sed quid crepuerunt fores: hinc a me
quisnam egreditur? huc cōcessero.

Clitipho. Chremes. Clinia.

Nihil adhuc ē quod vereare clinia: haud
quaq̄ etiā cessant et illam simul cū nun-
cio tibi hic ego affuturā hodie scio. Pro
in tu sollicitudinē istā falsam (que te excruciat) omit
tas. Chre. Qui cum loquitur filius? Cliti. Pater a-
dest: quē volui adibo. pater oportune aduenis. Chre.
Quid id est? Cliti. Hunc menedemū nostin nostrūm
vicinū? Chre. Probe. Cli. Huic filiū scis esse? Chre.
Audiui in asia esse. Cli. Non est pater: apud nos est.
Chr. Quid ais? Cl. aduenientē e naui egredientē illi
co abduxi ad cenā. nā mihi cū eo iam inde vsq̄ a pue-
ricia fuit semper familiaritas. Chre. Volu ptatē ma-
gnā nūcias. quid narrat? Cl. quid? Ille mi ser̄ se esse.



Nihil adhuc ⁊c. Hic clinie q̄ ex asia redierat ingens de amica sollicitudo exp̄mit̄. Accedit et sodalis opitulat̄ clitipho: qui aduentū amici mira voluptate patri narrat. Miserat aūt clinia accersitum antiphilā: discruciabaturq̄ ꝙ nō rediret cui sic inquit clitipho. Cli. O clinia nihil ē adhuc: qđ. i. ꝓpter qđ vereare. i. timeas nō venturā antiphilā: hoc est nōdū habes timēdi materiā seu occasionē: qđ sic dici nō satis culte solet: nihil ē adhuc de quo tu debeas timere. etiā haud q̄q̄. i. ne quaq̄ cessant. i. differunt aduentū ⁊ tardant: ⁊ qđ dici solet nō morātur adhuc seu nō morā faciūt. ⁊ scio illā antiphilā hodie affuturā tibi sic simul. i. vna cū nūcio q̄ iuit eā accersitū. Proin. i. ꝓinde hoc est iō mittas. i. dimittas istā. i. tuā sollicitudinē falsam. i. sine cā existētē. q̄ sollicitudo excruciat id est affligit te. Chre. qui cū. i. cū illo filius meus. s. clitipho loquit̄. Cli. Pater adest id est ꝓpe ē vel aduenit: quē patrē volui adesse sup. vel quē volui. i. optaui ⁊ desideraui: vt q̄s me vult. i. quis me petit: adibo. i. ibo ad eū vt decz filiū patrē adire. o pater tu aduenis id ē accedis oportune id est tempestiue auspicato. bonis auibus expectate venis. Chr. Quid illud est ꝓpter qđ oportune aduenio. Cli. nostin id est nosti hunc menedemū nostrū vicinū. Chr. ꝓbe id est bene seu recte noui eum. Cliti. Scis filium esse huic id est eum habere filium. Chr. audiui id est accepi eum esse in asia quod dici non multum latine solet ꝙ est in asia. Cli. o pater non est in asia sed est apđ nos recte⁊ nō ē penes nos. nā penes nos ē q̄cq̄d a nobis possidet̄ ⁊ ī nostra ptāte ē. Ut penes principē salus nr̄a est i. in eius ptāte. Chre. q̄d ais. Interrogat id qđ audiuit admirabūdus neq̄ facile credēs. Cli. ego abduxi. i. deduxi illico. i. cōtinuo ad cenā illū aduenientē. i. accedentē ⁊ applicantē seu appellantē: egredientem. i. euntē, naui qua redibat ex asia. i. cū applicaret ⁊ e naui egrederet̄ stati abduxi eū ad cenā. nā familiaritas fuit mihi semp cū eo iam inde vsq̄ id est assidue a pueritia. i. a tempore pueritie: id ē iā ex eo tempore cum ambo essemus pueri. Chremes. Nuncias id est narras magnam voluptatem id est magnam leticiam. Ut Ci. in epistolis. Voluptatem habui nimiam: quid narrat id est quid noui refert aut quid dicit. Cliti. petis supple quid ille narret: narrat supple se esse miserum id ē infelicem.

Chremes. Miserum? quem minus credere est: q̄ vel
lem menedemum inuitatum: vt nobiscum esseȝ hodie:
amplius vt hanc leticiam nec opinanti primus obijce
rem ei domi: atq; etiam nunc tempus est. Clitipho.
Caue faxis: non opus est pater. Chremes. Quapro
pter? Clitipho. Quia incertum est etiam: et quid de
se faciat: modo venit: timet omnia: patris iram: atq;
animum amice se erga vt sit sue: eam misere amat.
propter eam hec turba atq; abitio euenit. Chremes.
Scio. Clitipho. Nunc seruulum ad eam in vrbem
misit: et ego vna nostrum syrum. Chremes. Quid
reliqui est: quin habeat: que quidem esse in homine
dicuntur bona: parentes: patriam incolumem: ami
cos: genus: cognatos: diuitias: atq; hec perinde sunt
vt illius animus est: qui possidet: qui vti scit: ei bo
na sunt: qui non recte vtitur: mala. Cli. Immo ille fu
it senex importunus semper: et nunc nihil magis ve
reor: q̄ ne quid in illum iratus plus satis faxit, pater.

Chr. narrat se esse miserū: quem .i. qualem scȝ miserū esse minus est credere .i. nō licet credere: siue cer
nere est id est cernere licet. q. d. nō est credendū cū eē miserū q̄ .i. q̄tum vellem .i. optarem menedemū
patrē eı' eē inuitatū .i. vocatū ad cenā vt eēt nobiscū hodie: āpli' .i. vltra vellē eū esse inuitatum vt obijce
rē .i. offerrē domi prim' .i. añ ceteros hāc leticiā ei patri: nec .i. nec etiā opināti .i. suspicāti. q. d. p̄ter spē
ei accidat quo maius gaudiū eē solet: atq; etiā nūc tp̄s est .i. adhuc satis maturuȝ ē eū inuitare: τ ideo
mittēdus est q̄ eū accersat. Cli.
o pater caue faxis .i. vide ne faci
as: τ ita habem' faxin xis. xit. τ
faxint vt videre facile ē p faciā
as. faciat faciant: nō est opus .i.
nō est necesse vt inuitetur. Chr. q̄
propter .i. cur nō ē opus. Cli. q̄a
etiaȝ incertū est q̄d clinia faciat
id ē tēdat facere de se. q. d. nesci
tur quā viā vult ip̄e tenere. Mō
id est pauloāte adhuc venit .i. ap
pulit ex asia: timet oīa vȝ: timet
iraȝ patris sui: atq; timet aīȝ a
mice sue: vt .i. q̄ nō [vt aliq̄n pri'
dixim' ex donati. snīa] anim' a
mice .s. non sit erga se .i. timet ne
amica eū postergauerit ac ne ex
eius aīo effluxerit: amat eā ami
cam misere .i. pdite vehemēt et
in suaȝ miseriā Hec turba .i. hec
turbatio τ discordia inter euȝ et
patrē τ hec abitio .i. discessio seu
pfectio euenit pp̄ter eā amicā.
Dicit' aūt abitio ab abeo is. abi
tuȝ tu. u versa in io fit abitio abi
tōis .i. discessio. naȝ abire sigt di
scedere. Ch. Scio pp̄t eā eū di
scessisse a patre molestatū sepe.
Cli. nūc misit seruulū in vrbē ad
eaȝ antiphilā accersendā: τ ego
misi vna .i. simul nostrū syrū ser
uū .s. Chr. q̄d reliqui ē .i. quid re
stat quid relinq̄tur q̄d supest q̄d
deest seu abest: qui .i. q̄ nō habe
at ea: que q̄deȝ .i. certe dicunt' .i.
censentur a vulgo esse bona ī ho
mie cū tñ philosophi tm̄ animi
bona cēseāt appellāda: hȝ ergo
ea que dicūtur bōa .s. hȝ parētes
patrē τ matrē hȝ patriā īcolumē
.i. saluam τ nō armis quassatam τ habet amicos quos sibi ↄciliauit habet genus .i. natales bone ↄdi
tionis τ fortis seu psapiam mediocrē hȝ cognatos .i. propinquos de cognatione sua: habȝ diuitias .i.
opes atq; hec omīa que nec de se sunt bona neq; mala: perinde .i. ita seu eiusmodi sunt: vt .i. q̄lis seu cu
iusmodi anim' illius hoīs est qui possidet ea que dicūtur bona a vulgo. Sūt inq̄ bona ei qui scit recte
.i. vt decet vti illis bonis: τ sunt mala ei qui nō vtitur recte illis q̄ dicuntur a vulgo bona Cli. imo .i. sed
ille senex scȝ menedem' fuit semp īportun' .i. acerb' molestus infest' τ quod dici solet: male gratiosus
quasi non oportunus. τ nunc nihil magis vereor q̄ nequid .i. q̄ q̄ aliq̄d nā hic. ne sigt tm̄ q̄ ip̄e pater
nisi mauis pater esse vocatiui casus referriq; ad chremetem. Nil magis inq̄ vereor q̄ ne id est q̄ ille
senex menedem' iratus plus satis .i. plus equo seu plus q̄ decet faxit .i. faciat aliquid in illū Cliniā.

Chre. ille ne. i. dicis te timere ꝙ senex sup. faciat aliqđ in illū. Deinde chremes se repressit ꝑ aposiope sim ne cōfirmaret cliniā. vidēs bonū esse vt in timore foueatur. sed reprimā. i. cohibebo me neqꝫ ostendam vltra eius patris teneritudinem in eum. nam vtile est illi scꝫ menedemo hunc filium suum esse: id est permanere in metu. Cli. quia dixerat chremes reprimā me interrogat filius. quid tute. i. tumet vol uis sup. aut cogitas tecum id est apud te. Chre. dicam vtvt id est vtcūqꝫ siue qualitercunqꝫ erat id est

Chremes. Ille ne? sed reprimam me. nam in metu esse hunc illi est vtile. Clitipho. Quid tute tecum? Chremes. Dicam vt vt erat pater mansuꝫ tamē oportuit fortasse aliquanto iniquior erat: propter eius libidinem pateretur. Nam quē ferret: si parentem nō ferret suum. hunccine erat equū ex illius more: an illū ex huius viuere? Et quod illum insimulat durum: id nō est. Nā parentū iniurie vniusmodi sunt ferme: paulo qui est homo tolerabilis. scortari crebro non vult, vult crebro cōuiuarier: et prebet exigue sumptū. atqꝫ hec sunt tū ad virtutē oīa. Uerū aīmus vbi semel se cupiditate deuinxit mala necesse ē clitipho cōsilia ꝯsequi similia. scitum est periclum ex alijs facere: tibi quod

qualitercunqꝫ res habebat tamen oportuit mansum id est manere: id est oportebat filium manere. Ut curabo adductuꝫ tuum pamphiluꝫ pro adducere. vt prius visum est. fortasse id est possibile ē ꝙ pater erat aliq̄to iniquior id ē seuerior et acerbior equo propter libidineꝫ id est propter lasciuiam eius filij: aut propter inordinatam et temere susceptam voluptatē eius pateretur: id est pati debebat vel debuisset. vt faceres sepe pro facere debuisses nisi malis ad patrem referri. q̄si dicat. Debebat pater eius pati libidineꝫ sed superior snīa melior ꝑpter id quod sequitur. Naꝫ quem hominem ferret. i. tolerarēt: si non ferret. id est pateretur patrem suum. Tale et illud est in aliquo Cuius saluti consulet q̄ suam negligit. Hūccine id est vtrū hūc filiuꝫ equū erat. i. decebat viuere ex more i. ex arbitrio illius scꝫ patris. an erat equum illū scꝫ patrē viuere ex more hui⁹. s. filij ꝛ id nō est duꝝ i. asperꝫ seu acerbū aut toleratu difficile s. qđ insimulat eū. i. īcusat morēs ei⁹. Naꝫ īsimulare significat accusare seu īcusare. hoc ē mores malos reprehēdere. vt insimulo illū supbie. i. īcuso Nā iniurie parētum ferme sunt vnius modi. i. vni⁹ rōnis seu similis hō ille parēs. s. qui ē paulo i. paululum tolerabilis i. dignus q̄ toleretur. nā tolerabilis passiue capi debet nō vult filium suū sup. scortari crebro id est sepe seu frequenter scorta ductitare. Scortari eniꝫ vt varro inquit est sepius meretriculam ducere que meretrix a pelle scortum appellatur ꝙ vt pellicula subigatur. Scortes enim pelles sunt arietine. ꝛ scortea vt Festus inq̄t et similiter Uarro appellantur oīa ex pellib⁹ facta seu corijs nō vult inq̄ parēs tolerabilis filium conuiuari crebro id est frequenter sue meretri. i. celebrare ꝯuiuium Nam conuiuor aris. deponēs verbum aut significat celebrare conuiuium aut ad conuiuium inuitare: aut etiam frequentare conuiuia. Nonius etiam dicit inueniri conuiuo pro conuiuor pro eo quod ē ad conuiuium inuito. Pompo. in munda. Si calendis conuiuāt idibus cenant foris. Ipse homo tolerabilis inquam prebet exigue id est parce. sumptum id est impendia que fiunt in celebrādis ꝯuiuijs ꝛ meretricibus fouendis. atqꝫ hec omnia que facit pater sunt tum id. est tunc ad virtutem acquirēdam ꝛ ad omittendas tales immundicias. Uerum id est sed vbi id est postq̄ animus semel deuinxit id est irretiuit illigauit inuerit se cupiditate aut libidinis aut honoris aut opuꝫ. O clitipho fili mi necesse est consequi id est cōsiderare similia consilia id est similia proposita seu similia suscepta. quod dicunt inepte aliqui interprisias hoc est scitum. i. scite et docte atqꝫ prudenter factum: ꝛ hic capiatur passiue quia scitus homo dicatur sepius qui sciens est. hoc ergo scitū est. i facere ꝑiclū. s. facere experiētiā seu sumere experimentum aut consilium ex alijs. nā periculū interdum videt̄ pro consilio capi. Cice. ad trebatiū: Cornelio nihil audeo dicere cui⁹ ꝑiculo stultus es. i. consilio quod. s. periculum factum ex alijs fit tibi

ex vsu id est ex vtilitate. Cli. Credo. i. existimo ita esse vt dicis sup. Chr. ego ibo hinc intro idest in domum vt videam quid cene minus dicit ꝙ si dixisset que cena sit nobis: quod dici solet inepte. pro vidēdo quid habemus ad cenandum tu fili vt: id est quādiu tempus diei est. vide id est caue sis id est si vis ne quo id est vt non in aliquem locū abeas. i. discedas longius id est nimis longe. hinc ex hoc loco. qđ dici solet. vide ne elonges te nimis in hoc loco.

ex vsu fiet. Cli. Ita credo. Chr. Ego ibo hinc intro:
vt videam nobis cene quid fiet: tu vt tempus est diei
vide sis: nequeo hinc abeas longius.

Clitipho.



Uam iniqui sunt patres in omnes adolescētes iudices: q equū esse cēsent: nos iā a pueris illico nasci senes. neqȝ illarū affines rerum esse quas fert adolescētia. sua libidine moderātur: nūc que est: non que olim fuit. mihi si vnꝙ filius erit ne ille me facillime vtetur patre. nam et cognoscendi ⁊ ignoscēdi dabit peccāti locus: non vt meus qui mihi per aliū ostēdit suam sententiam. Perij. is mi ibi vbi adbibit plus paulo sua qui narrat facinora nunc ait: periculum ex alijs facito. tibi qđ ex vsu fiet. astutus ne ille: haud scit: quā mihi nūc surdo narrat fabulam: Magis nūc mee amice dctā stimulant



Uam inquit ⁊c. Hic solus cliti. ꝑmansit q̄ de pr̄e conq̄rit vt mos est adolescentiū q̄ paterna precepta moleste ferunt. Cliti. ꝙ. i. ꝙtum pr̄es sunt iniq̄. i. non eq̄ sed acerbi ⁊ importuni iudices. i. cēsores i oēs adolescentes. i. erga iuuenes oēs. q. d. eos nō rectū i eos hr̄e iudiciū q̄ censent equum esse. i. rectuȝ eē ⁊ iustū nos nasci senes. i. habentes mores seniles ⁊ sapiētes illico. i. continuo a pueris pro aduerbio ponit. i. a pueritia vel ab ineūte etate vel statiȝ vt pueri sum⁹: vt cū primū pueri euadim⁹. neqȝ. i. ⁊ cēsent inꝙ non eē equū nos esse affines. i. ꝑticipes seu finitimos ⁊ cōterminos ac ꝓpinquos earū rerū q̄s adolescētia et iuuenilis etas fert id ē affert seu iducit. Ipsi patres moderantur nos scilicȝ. i. regūt nos ⁊ iponūt habenas nobis seu modum nobis adhibent ex sua libidine. i. ex mero arbitrio vt volumtate siue recta sit siue nō. Nā libido ē quecȝ volūtas temere suscepta. Interdū tn̄ accipit in bonā partē. Salusti⁹. magisqȝ idecorȝ armis ⁊ militarib⁹ eq̄s ꝙ i scortis ⁊ cōuiuijs libidinē habebāt Moderantur ergo nos ex sua libidine: q. s. libido nūc ē illis non q̄ libido fuit olim illis cū iuuenes essent et q̄les sumus. Si filius erit vnꝙ mihi ne id est certe ille filius vtetur me patre facillime id est habebit me patrem benignissimum: ⁊ plurimuȝ illi indulgentem. Nam locus id est facultas occasio oportunitas commoditas dabitur illi a me cognoscendi multa que fiunt a iuuenibus in lubrico positis: ⁊ ignoscendi. i. parcendi peccatis alienis. vel vt alij habēt peccāti. i. errāti. Nam q̄ alias errauerit errātibus ignoscere non rēnuit et eoruȝ errata excusare non faciam supplex filio meo: vt. i. sicut meus pater mihi facit: q̄ ostendit mihi suam sententiam. i. qđ sentit per alium. i. per exemplum alterius. Perij. i. perditus sum pre nimia eius importunitate et molestia. Is pater vbi id ē postꝙ adbibit id est bibit. nihil plus significat nisi aliquatenus auget prepositio. paulo plus id est paulo largius eq̄ et vbi narrat sua facinora id est sua preclara facta per ironiam dicit. nunc. i. aliquādo ait mihi facito periculum ex alijs. i. dilige tibi que imiteris exempla ex aliorum euentis. qđ periculum sit tibi ex vsu. i. vtile vt prius dictum est. ne. i. vtrū ille pater est astutus. i. cautus. q. d. minime. haud. i. non scit quā fabulā. i. q̄s nugas. nā fabule loco habeo eius sermonem narrat mihi nunc surdo. i. non attendenti: dicta mee amice magis stimulant. i. sollicitant me. Deinde subiūgit verba amice semper petentis

Da mihi munuscula scȝ hꝰ vel illud. affer mihi aliqd noui. Cui scȝ amice ita petenti. nihil habeo nescio qd rn̄deam.i.debeā rn̄dere.neqȝ qsq̄ ē miserior me. Nam h̄ clinia etsi.i.ꝗuis satagit suarum rerū id ē anxius ⁊ curiosus ē rerū faciēdarū attn̄ hȝ amicā scȝ eductā.i. educatā.nā qd̄ nos educare dicimꝰ antiq̄ educere dicebāt.bene id ē honeste ⁊ pudice.i.caste ⁊ ꝓbe ⁊ habet eā ignarā.i.nesciā artis meretricie astutie seu versutie meretricū.mea amica ē potēs.i.vel robusta vel opulenta. procax.i. assidue petens Procare enim vt Pōpeius inq̄t significat poscere. Inde procaces meretrices dicte sunt ab assidue poscendo. inde proci dicūt vxorem in matrimoniū poscētes Itaqȝ procax id est petax dispoliatrix magnifica.i. magnifice instructa.supellectili magnifice induta.magnifice epulans et lauta q̄rens conuiuia:q omnia magnū auri pondus poscunt.sumptuosa i.auida sumptus.i. mlt̄a ipēdēs ⁊ ꝓpter ea mlt̄a petēs.nobilis.i insignis in malā partem.i.mlt̄is nota qr videlicet frequentes habeat amatores. tum id est deinde recte est id est placet ei ⁊ probat ꝙ dem ei: id est faciam ei munera. Nā religio id est metus et sollicitudo est dicere nihil esse mihi id est me nihil habere quod dem ei. Religio enim interdum capit̄ pro metu. vt alibi in andria. Dignus cum tua religione es odio nodum i scirpo queris. religione inquit:id est metu ⁊ sollicitudine vt ait Nonius. Non pridem id ē non nuper neqȝ paruo ante tempore inueni hoc mali id est nactꝰ sum hoc malū ⁊ irretitus ī eo scilicet in insano eius procacis meretricis amore etiā neqȝ dum id est etiam nondum.i.nō adhuc pr̄ meꝰ scit me isto malo laborare.

Da mihi:atqȝ affer mihi:cui qd respondeam:nihil habeo:neqȝ me quisq̄ est miserior. Nam hic clinia ⁊ si his quoqȝ suarū rerū satagit:attamen hȝ bene:et pudice eductā:ignarā artis meretricie:mea ē potēs:procax: magnifica:sumptuosa:nobilis:tū ꝙ dem ei.recte est. nā nil eē mihi religio ē dicere. hoc ego mali nō pridē inueni: neqȝ etiam dum scit pater.

Clinia. Clitipho.



I mihi secundē res de amore meo essēt iādudū (scio) venissent: sȝ vereor. Ne mulier me absēte hic corrupta sit:cōcurrūt mlt̄e opiniōes:q̄ mihi aīz exāgeāt:occasio:locꝰ:etas: mater (cuiꝰ sub īperio) mala. Cui nihil iā preter preciū dulce ē. Cliti Clinia. Cli. Hei misero mihi. Cli. Etiam caue: ne videat forte hic te a pr̄e aliqs exiēs.



I mihi ⁊c. Hic mira amantis sollicitudo exprimitur cui expectanti hora dies annus videtur. Cli. si secunde res id est prospere succedētes essent mihi de amore meo id est q̄tum ad amorē spectat. Iādudū.i.pauloante. vel cape ꝓ iampridē venissent.s.āTiphila ⁊ serui q eā accersiuerūt scio.i nō dubito ꝙ iā venissent:sȝ vereor ne mulier.s.antiphila corrupta sit.i.ne pecuniarū largitiōe ad aliū diuerterit. h.i.hꝰ loco me absēte.i.ꝙ diu fui absēs mlt̄e opiniones ꝯcurrūt.i.sil' in mētē veniūt q exāgeāt mihi aīm ad credēdum eā fuisse corruptā. Subdit ea que exangēt aīm ad id credēdū videlicet occasio id est oportunitas, vt corrumpatur quia formosa et multis forte iuuenibus placens ac nota. Locus quia.s. est in eo loco vbi alie sunt petulantes:et ideo contagione facilis lapsu est. Etas quia iuuenilis et flore iuuente nitens que plerumqȝ lubrica est. Mala id est improba mater sub imperio id est sub potestate cuius ē.h̄ omnia exangent aīm ad credendum eam esse hic corruptam cui.s.matri sub cuius est imperio nihil est dulce id est carum suaue placens p̄ter preciū.i.preter pecunias ⁊ mercedem. Cli.o clinia vocat eū vt attēdat qd̄ dicere cupit. Clin. hei mihi misero.i.sentio me miserū et illō dictum interiectionis vim obtinet Clitip. etiam caue ne aliquis exiens a patre, vbi inepte dici solet de penes patrem.videat te forte hic,

l

Elin.faciā.i.cauebo sed ꝓfecto.i.certe aim⁹ ꝑsagit.i.ꝑnūciat ꝑdicit presentit ꝑdiuinat mihi nescio quid mali.Cli.ꝑgin.i.conarꝭ ne aut niterꝭ seu ꝓsequerꝭ deiudicare istō;prius ꝙ scias q̄d veri fit in eo.Eli.si nihil mali esset iā ātiphila adesset.i.pn̄s eēt hic.Cliti.iā.i.mox statī aderit.i.pn̄s erit hic.Clin.qn̄ istō erit ꝙ aderit.Cliti.nō cogitas eā abeē.i.remotā esse.longi⁹.i.multum longe hinc.i.ex hoc loco.et nosti.i.cognoscis mores.i.modos mulierū.dū.i.ꝙdiu molliūtur.i.lenes seu molles cute efficiūt̄ siue dū fucāt̄ ⁊ dū.i.ꝙdiu comātur.i.pectūtur annus ē.i annū vnū cōterūt ītegrum in leniēda seu molienda cute sua et ī pectēdis capillis.Cli.o clitipho timeo.Cliti.respira id ē resume vires recrea te cessa a timore animum reuoca seu resume collige te ad te redi resurge a metu.eccū.i.ecce hic ꝓpe dromonē vna cū syro ipsi serui adsūt.i.appropinquāt.i.ꝓpe sunt tibi.

Eli. Faciam. sed nescio quid profecto mihi animus presagit mali. Cliti. Pergin istuc prius dijudicare ꝙ scias quid veri siet? Elin. Si nihil mali esset iam hic adesset. Cliti. Jam aderit. Clin. Quando istuc erit? Cliti. Non cogitas hinc longius abesse? et nostin mores mulierum? dum moliuntur dum comantur ann⁹ est. Cli. O clitipho timeo. Clit. Respira. eccum dromonem cum syro: vna adsunt tibi.

Syrus. Dromo. Serui.
Clitipho. Clinia.



An tu? Dro. Sic est. Sy. Verū interea dū sermōes cedim⁹: ille relicte sūt? Clit. Mulier tibi adest. audin clinia? Clini. Ego vero audio nūc demū: et video ⁊ valeo Clitipho. Sy. Minime mirū: adeo īpedite sunt ancillarum gregē ducūt secū. Cli. Perij. vnde illi sunt ācille? Cliti. Men rogas? Sy. Non oportuit relictas portant q̄d rerū. Cli. hei mihi. Sy. aurum: vestem: et vesperascit:



An tu ⁊c: Hec scena plena ē et suspitionis et timoris: sꝫ ꝑsona ꝟuilis vtriꝗ succurrit. Serui āt in fronte scene ex abrupto colloquūtur tanꝗ pergentes in inceꝑto colloquio qđ vltro citroꝗ in via ꝓferebant. Sy. ain tu.i.dicꝭ tu verū q̄d aūt dixerit dromo nō ē curandū nā iste ē abrupt⁹ ꝟmo ex cōi vie colloq̄o. Dromo.sic est vt dico. Sy. verū.i.sꝫ dū.i.ꝙdiu cedim⁹.i.cōmiscem⁹ sermones.i.colloquia illa mulieres sunt relicte. Cedere vt vult Nonius vltra certas significatiōes interdū significat cōmiscere.allegatꝗ Luciliū dicētē.tinee oia cedūt.i.commiscēt vt ipe īterpretat̄. nr̄o aūt hic ꝓposito optīe congruit. Cliti. mulier adest tibi.i.ecce ꝓpiquat tibi mulier quam tātopere optabas.audin.i. vtrum audis ꝟuos clinia. Clin. vero.i.certe vel sed ego nūc demū.i.nūc solū vel tandē video audio ⁊ valeo i.san⁹ sū cū pri⁹ lāguerē ꝑ timorē ⁊ q̄si cōsternatus essem mei sensus sua non recte exercebāt officia. Sy. serui nō vidētes adolescētes ꝑgunt in ꝟmone īcepto.itaꝗ inq̄t Syr⁹.mime mirū.i.non est mirandum si sint relicte adeo.i. vel valde vel in tantum sunt impedite.i. retardate ab incessu veloci.cām subdit.ducūt secū gregē.i.cateruā ācillarum.i.famularum ac si ducerent̄ vn⁹ grex ouiū. Eli.perij.i.ꝑditus sū ⁊ sauci⁹ illo dicto.vnde ancille tam multe sūt ille.i.vn̄ tot acq̄siuit ancillas. Clit Men.rogas .i.vtrū me interrogas. Sy.non oportuit relictas pro relīquere vt sepe actīūs ⁊ ablatīūs participiorum preteriti tpis ponūtur ꝓ īfinitiuis.i.nō oportebat relinquere eas portant q̄d.i.aliq̄d rerū hoc ē aliq̄s res.q̄re non tuto incendūt sine tutoribus. Cli.hei mihi interiectio dolorem ostendens. Sy.ꝑgit ꝟuus in ꝟmone q2 dixerat portāt quid rerū.scꝫ aurum vestem et id est huc accedit ꝙ vesperascit.i.vespera fit seu ad vesperam vēitur,et propterea non erant relinquende

et non nouerunt id est nesciunt viam: stulte factum est a nobis illud scilicet ꝙ eas reliquimus: tu dromo abi dum id est abi vade: dum est paralectō id ē adiectio syllabica. abi ergo propere. i. celeriter obuiā. i. in occursum: aduerbium est: illis scilicet mulieribus: quid id est cur stas. i. nō vadis. proprie hoc dicit vt eum accelerare efficiat. Cli. Ve mihi misero. q. d. sum maledictus et infelix de q̄ta spe decidi. i. sum frustratus et delectus. Cliti. quid istō est: autē. i. sed que res sollicitat. i. angit sollicitum reddit te. Cli. rogitas quid sit viden id est vides ne aurū vestē ancillas esse sup illi puelle quā ego reliq̄ hic cū vna ancillula vñ censes. i. iudicas ea esse illi. Clitip. vah irridētis siue illudētis interiectio ē: demū. i. tandē intelligo q̄d te sollicitat. Sy. dij boni q̄d turbe est. i. q̄ turba mulierū admirat tantā cateruā et senis sumptib⁹ timet. Turba primo dicit turbationem. inde ꝑturbo cōturbo. deinde multitudinem q̄ fere ꝑturbatione n̄ vacat. edes nostre vix capient. i. recipient eas: hoc est vix possunt recipi in nostra domo. scio id est nō dubito ꝙ edes nostre vix ea capient. deinde subdit admirādo. quid comedent: quid bibent: q̄d erit miserius nostro sene. i. Chremete. i. quid erit eo infelici⁹ ꝙ tātam turbam pauerit: sed eccos. i. ecce hic video eos q̄s volebam videre vel quos petebā. s. ābos adolescentes. Eccū eccam eccos eccas significant ecce. hūc eum eam eos eas: ellum ellam ellos ellas significant ecce illic eum eam eos eas: et oīa sunt aduerbia ab ecce composita. Clin. o iuppiť q̄ iura hospitalitatis curas, vbinā. i. vbi est fides. i. constantia et veritas siue fidelitas ac fiducia: dum id est q̄diu ego demēs. i. desipiēs careo patria errās. i. ꝑegrinabūdus ꝑpter te: q2 tua cā a p̄re suo expulsus vbo2 icrepatōib⁹. o antiphila tu īterea collocupletasti. i. ditasti te. i. locupletē te effecisti

et non nouerunt viam: factum a nobis stulte est. Abi
dum tu dromo illis obuiam propere. quid stas? Cli.
Ve misero mihi: quanta de spe decidi. Clitip. Quid
istuc? que res te sollicitant autem? Cl. Rogitas quid
siet? viden tu ancillas aurum: vestem: quam ego cum
vna ancillula hic reliqui? vnde esse ea censes? Clitip.
Vah nunc demum intelligo. Syrus. Dij boni quid
turbe est? edes nostre vix capient scio: quid comedēt?
quid bibent? quid sene erit nostro miserius? Sed vi-
deo eccos quos volebam. Cli. O iuppiter vbi nā est
fides? Dum ego propter te errans: patria careo de-
mens: tu interea loci collocupletasti te antiphila. et
me in his deseruisti malis propter quam in summa
infamia sum: et meo patri minus obsequens. Cuius
nunc pudet: et miseret: qui harum mores cantabat mi
hi: monuisse frustra dolet: neque eum potuisse vnquā
ab hac me expellere: quid tamen nunc faciam? Tum
cum gratum esse potuit: nolui. Nemo est miserior me.

et deseruisti id est dereliquisti et habuisti contemptui me in his malis propter quā scilicet te sum id est versor in summa infamia et sum minus id est non obsequens meo patri Menedemo. cui⁹ scilicet patris, nunc me pudet et miseret id est verecundia teneor et misericordia eius patris qui cantabat id est frequenter inculcabat mihi mores harum meretricum. antiqui canere pro eloqui capiebāt. Dolet ipse pater se frustra monuisse me: vel potius sic intellige illud sup. quod sequitur: dolet mihi id est mihi dolori scilicet eum patrem monuisse frustra neque potuisse vnq̄ expellere me id est abducere abstrahere me ab hac id est ab huius amore quod tamen nunc faciam id est abstraham me ab ea: nolui abstrahere me ab ea: tum id est tunc cum illud scilicet me abstrahere potuit esse mihi gratum id est iocundum: quia tunc meo fuissem patri obsecutus et eius morem gessissem voluntati. Nemo est miserior me.

Sy. Hic de nostris verbis errat: videlicet que hic sumus locuti. Clinia aliter tuum amorem atq3 est: accipis. Nam et vita est eadem: et animus erga te idem ac fuit: q̄tum ex ipsa re coniecturam cepimus. Clinia. Quid obsecro est? nam mihi nunc nihil rerum omnium est: quod malim: q̄ me hoc falso suspicarier. Syrus. Hoc primum: vt ne quid huius rerum ignores. anus (que est dicta mater ei antehac) non fuit: ea obiit mortem: hoc ipsa in itinere alte redu3 narrat: forte audiui. Cliti. Que nam est altera? Syrus. Mane: hoc quod cepi primum enarrem. Clitipho post istuc veniam. Cliti. Propter. Syrus. Jam primum omnium vbi ventum ad edes est. Dromo pulsitat fores: anus quedam prodiit. hec vbi aperuit ostium continuo hic se coniecit intro: ego consequor: anus obdit foribus pessulum: ad lanam redit. hinc sciri potuit haud vsq̄ alibi. Clinia. Quo studio vitam exegerit te absente vbi de improuiso est interuentum.

Sy. hic clinia errat. i. in errorem labitur de nostris verbis id est propter verba nostra vz. i. certe eis verbis que locuti sumus h. o clinia accipis aliter tuum amorem atq3 est id est q̄ se habet. nam et vita eius puelle est eadem id est modus viuendi eius est talis qualis fuit et animus eius est idem id ē equalis similis erga te ac. i. sicut fuit prius q̄tum cepimus coniecturam ex ipsa re id ē ex ipsa ratione se habendi quam pre se fert. Cli. obsecro q̄d ē quod dicis, nam nihil omniū rerum. i. nihil ex omnibus rebus ē mihi qd̄ malim. i. poti⁹ q̄ me suspicarier. i. suspicari falso. i. immerito h. s. eā me decepisse ꝛc. Syr. primū. i. in primis scito sup. hoc qd̄ seq̄tur vt ne q̄d. i. vt nō aliq̄d rerū hui⁹ puellle ignores: anus id ē vetula q̄ dicta ē antehac. i. ante h tēpus mater ei puelle nō fuit mater ei⁹ ea an⁹ obiit mortē i. mortua ē forte audiui h. s. eam obiisse ꝛc. dū ipsa puelle narrat altere more antiq̄ pro alteri mulieri: scz in via. i. inter veniendū. Cliti. q̄ nam altera ē cui dicis eā narrasse id. hoc dicit. naz nondū intellexerat amicam. Bacchidē aduentare cū antiphila. Sy. mane. i. siste. interrogatiōes ꝛ me sine pgredi quorsum volo primū id est iprimis enarrē id est dicā recitem hoc qd̄ cepi. i. institui dicere post id est postea. o clitipho veniam istuc. i. cadā super id qd̄ iterrogas. Cliti. ppera. pperat qui festinanter aliquid agit aut dicit. Sir. iamprimuz omniū sic icipit multa pudicicie signa narratiu⁹ vt li. Jamprimū omniū satis constat. Jamprimū omniū id est imprimis siue in pncipio. nam principium est primū oīm. vel sic intelligas. Jāprimū oīm id est ecce primum omniū quod seq̄tur vbi. i. cū ventū ē ipsonaliter. i. puentū ē ꝛ accessuz aut appositū a nobis ad edes. i. ad domum puelle dromo pulsat. i. percutit fores id est ostia dom⁹. quedam anus pdit id ē exit e domo vbi id ē postq̄ hec anus aperuit ostium cōtinuo hic dromo coniecit se id est cum impetu ingressus est intro. i. i domū. ego ꝯsequor eū ꝛ igredior. an⁹ obdit. i. obiicit opponit pessulū. i. repagulum siue obicez seu obstaculum foribus id est ostio, de pessulo superius dictum est redit id est reuertitur ad lanam id est ad lanificium exercendum, o clinia potuit sciri hinc i. ex eo loco aut nusq̄ alibi poterat sciri quo studio. i. qua industria qua animi applicatione exegerit. i. traduxerit vitam te absente. Exigē itaq3 vitam significat traducere: exigere vero fabulā significat expellere ꝛ non admittere: vt in andria. Anexigende sint vobis prius. exigere autē opus significat finire opus inceptum ab ex ꝛ ago is. cōpositum esse ꝯstat. Potuit itaq3 sciri vbi. i. quando iteruētum ē ipsonaliter. i. inter temp⁹ nō expectatū vētum ē

mulieri id est ad mulierem de improuiso id est ex inspiratione preter spem preter opinionez preter ex pectationem. nam ea res videlicet talis interuentus inopinatus dedit tum id est tunc copiam id est fa cultatem existimādi id est iudicandi consuetudinem id est cōuersationem vite quotidiane que consue tudo quotidiane vite maxime id est maiorem in modum declarat id est ostendit re ipsa nō verbis vt id est qualiter ingenium id est natura cuiusqꝫ sit offendimus id est inuenimus ipsam texentem: id est or-

mulieri. nam ea res dedit tum existimandi copiam:
quotidiane vite consuetudinem: que cuiusqz ingeni-
um vt sit: declarat maxime: texantem telam studio-
se ipsam offendimus: mediocriter vestitam veste lu-
gubri: eius anuis causa (vt opinor) que erat mortua:
sine auro tum ornatam: ita vti que ornantur sibi: nul-
la malā re esse expolitam muliebri. Capillus passus
prolixus: circum caput reiectus negligēter pax. Cli.
Syre mi obsecro. ne me in leticiam frustra conijcias:
Sy. Anus subtegmen nebat: preter eam vna ancillu-
la erat: hec texebat vna: pannis obsita: neglecta: im-
mūda illuuie. Cliti. Si hec vera sūt clinia (ita vt cre-
do) quis te est fortunatior: scin tu hanc quā dicit sor-
didatam et sordidā: magnum hoc quoqz signum ē do
minā esse extra noxā: cū tam negligūtur ei⁹ internūcij

dientem telam et filum filo iun gentem in tela. Tela autem dici- tur omnis pannus taz laneus ꝙ lineus. studiose id est curiose dili genter attente accurate offendi- mus inꝙ eam vestitam veste lu- gubri: id est luctuosa qua scilicet lugebat anum defunctam. pro- pterea subdit opinor eam ita fuis se vestitam causa anuis id est ve tule que erat mortua. Anuis hic legi debet in casu gignendi. nam vt Gelius inquit ātiqui dicebāt senatus senatuis dom⁹ domuis. sic anus anuis ꝓ anus genitiuo offendimus inꝙ eam tum: id est tunc ornatam sine auro id est eo modo vti id est sicut vel quemad modum ille mulieres que ornan tur sibi id est vt sibi placeant: nō vt placeāt amatoribus. honeste enim mulieres reijciunt vestium sordes honesteqꝫ sibi vestiri cu- piunt offendimus inꝙ malaz: id est genam partem scz illam que rotonda est in speciez mali inter oculos nasum et buccam. nulla ꝓ non et vlla non expolitā id est nō fucatam re muliebri id ē fuco quo mulieres molles vtuntur ad ex- purgendaz cutez ne rugescat seu soluatur in rugas quod senescen tibus contingit capillus. i. capi- tis pil⁹ siue crinis eius erat sup ple passus. i. spersus solutus ꝑ collū a pādo is. quod est extendo is. explico as. quasi extēsus et expli- catus. erat inꝙ prolixus. i. lōgus erat inꝙ capillus eius. Pax aduerbiū grecū: vt ait Priscianus. i. tātū modo reiectus negligēter circū caput. Cli. o mi Syre obsecro ne cōijcias. i. imittas me in leticiam frus- tra id ē sine causa. Sy. anus id est vetula cum q̄ viuebat et quidem lasciue internuncia nebat id est fi- labat subtegmen. i. filū qd̄ in tela texēda stamē intercurrit. ꝑterea. i. ꝑter eam anū vna ancillula erat: ea texebat. i. filū filo iūgebat vna. i. simul. ancillula dico obsita. i. inuoluta circūdata pānis id est vilibus in dumentis et crasso filo cōtextis. inde pannosus vili pāno indutus. ancillula inꝙ neglecta id est abiecta ꝯtempta spreta qm̄ non vt solent eiusmodi ancille apparata imunda. i. feda illuuie. i. sorde. Cliti. o clinia si hec sunt vera ita vt credo quis est fortunatior id est felicior te in ablatiuo. scin. i. scis ne. i. cognoscis ne hanc ancillā quā syrus dicit sordidatā et sordidā. Sordidus aliqs dicitur a natura sordidatus vr gēte necessitate. quoqꝫ id est etiam hoc est magnum signum dominam eē ex noxam id est culpā cū inter nuncij eius id est qui nuncia ferunt ad amatores et referunt ad amatas quos aliqui gamagogi dicunt a ducendis mulieribus vtrum bene necne ipsi viderint. cuz ergo internūcij eius tam negliguntur: id est tam parū apparātur et curātur. Posuit autē internunciū masculino. nā interdū habēt puellos internū

Nam disciplina est ijsdem munerarier ācillas primuz
ad dominas que affectant viam. Cli. Perge obsecro
te:et caue ne falsam gratiaz studeas inire. Quid ait:
vbi me nominas? Syrus. Vbi dicimus redisse te:et
rogare vti veniret ad te: mulier telam deserit conti-
nuo:et lachrymis opplet os totuz sibi:vt facile scires
desiderio id fieri tuo. Clini. Pre gaudio(ita me dij a-
ment)vbi sim nescio: ita timui. Clitiph. At ego nihil
esse sciebam clinia. agedum vicissim syre: dic que illa
est altera? Syr. adducimus tuam bachidē. Clit. eho
sceleste quo illam ducis? Sy. Quo ego illam? ad nos
scz. Clit. Ad patrē ne? Syr. ad eumipsum. Clitipho.
O hoīs impudentez audaciam? Sy. heus tu: non fit
sine periculo facin⁹ magnū ⁊ memorabile. Clit. hoc
vide:in mea vita tu tibi laudem is quesitū scelus:vbi

cios: interdū puellas. et qz masculinū prepōderat feminino: idō in masculino posuit vtrosqz itelligēdo: nam disciplina id est artis est meretricandi ijsdem scilicet amatoribus primum aucillas meretricuz vel amasiarum munerari id est affici muneribus q̄ scz ancille affectāt id est preparant disponāt prompto animo faciūt viam id est ingressum accessum ad dominas suas. affectare vt inquit Festus est pronuz aīm ad aliquid faciendum ibi. Laurētius inquit affectare esse affectu et conatu alterius virtutez emu lari quem asseq̄ neq̄as refragan te natura. Seruius autem hic i terpretatur affectāt viam pro p̄ parant quemadmodum. ⁊ illud Virgilianum. viamqz affectat o- limpo id est vt interpretatur. ille preparat sibi diuinos honores seu disponit. Cli. obsecro te perge id ē psequere in incepta narrati one tu syre. ⁊ caue ne studeas id est de idustria labores inire gra tiam falsam id est captare meaz beniuolentiam mendatio. nam ipso rescito gratia inita frustra- beris. quid ait ipā antiphila vbi id est quando nominas me. Sy. vbi: id est quando diximus te re dijsse et te rogare vt veniret ad te continuo id est ilico mulier sci- licet ātiphila deserit telam quaz texebat et opplet id est replet si- bi totū os. i. totā faciē lachrimis vt. s. ita q̄ facile. i. clare scires id fieri tuo desiderio: id est vt desi- deras fieri. vel posuit tuo pro tui vt sit desiderio id est amore tui ⁊ cupiditate tui videndi. Clin. ita dij me ament vt verum scilicet di co affirmantis id dictum est. ne- scio vbi sim id est mei sim oblitus et extra me suz pre gaudio scilicz nimio ita id est adeo timui oppo situm propterea ex altero oppo sito quod optabam accedente in tantam incessi leticiaz. Clit. at. i. sed ego sciebā nil esse. o clinia propter quod deberes timere. o syre age dū. i. eia vicissim. i. cōtra vel rursus dic q̄ est illa altera. Syr. adducim⁹ bachidem tuam amicā. Clit. hem interiectio indignātis. quid modus admirātis bachidē adducitis scz iteruz hoc admirando pronūciā dū ē. Eho interiectio monentis attētionē et vt sistatur gradus poscentis: o sceleste id ē scelerose q̄ du cis illam bachidem. Syr. petis supple quo ducam illā scz. i. certe ad nos. i. quod dici solet: sed inepte pe nes nos. Clit. ne id est vtrum ducis illā ad patrem. i. vt ita dicā penes patrem q̄uis barbare: sed inter pretationis causa ponitur. Sy. duco illam ad eum ipsum patrem iterpretādo. vt prius. Clit. o audaci am id est temeritatē impudentem. i. effrenatam hoīs scilicet syri. Sy. heus tu aduerbium est vocandi heus et excitandi ad attendendū facinus id est factum magnum id est magni ponderis ⁊ memorabile id est dignum memoria non fit sine periculo. Et est sententia exornatioz rhetorica. Clit. vide id est ani maduerte considera hoc quod sequitur. o tu scelus id est tu scelerose adeo vt ipsuz scelus dici possis tu is. i. vadis pergis quesitum. i. ad querēdū tibi laudē in mea vita. i. i vite mee periculo q̄sqz dicturus ē perieri si q̄d offendat seu erretur. vbi. i. in qua via sine faciēdi rōne. si modo. i. tantūmodo. q̄d. i. aliquid

paululum id est etiam parū admodum fugerit te id est si tantūmodo paululū erraueris in ea techna exercenda quā paras perierim id est eo tempore perditus ero: tempus pro tempore quid facias in illo tempore. Sy. atenim id est sed certe faciam sup. quod intendo vel non est periculum vel nihil me fugiet & similia. nam Clitipho more impatientis eius sermonez interrupit inquiens; Clit. quid eñ. quasi dicat quid vis dicere cum tuo enim. Sy. dicam si sinas id est permittas patiaris. Clin. tu clitipho sine

paululum modo quid te fugerit: ego perierim. quid.
illo facias? Syr. Atenim. Clitiph. Quid enim. Syrus.
Si sinas: dicam. Clini. Sine. Clitip. Sino. Syrus.
Ita res est: hec nunc quasi cum. Clitip. Quas (ma-
lum) ambages mihi narrare occipit. Clinia. Syre
verum hic dicit: mitte ista: atq3 ad rem redi. Syrus.
Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius
clitipho est: neq3 ferri potis est. Clinia. Audiendum
hercle est: tace. Clitiph. Quid est? Syrus. Vis ama-
re vis potiri: vis quod des illi effici tuum esse: in po-
tiundo periculum non vis: haud stulte sapis: siqui-
dem id sapere est: velle id quod non potes continge-
re aut hec cum illis sunt habenda: aut illa cum his
amittenda sunt: harum duarum conditionum nunc
vtram malis vide. Etsi hoc consilium (quod cepi)
rectum esse et tutum scio. nam apud patrem tua a-
mica tecum sine metu vt sit: copia est. tum quod il-
li argentum es pollicitus: eadem hac inueniam via.

id est permitte vt pergat pditurus suum consiliū. Clit. Sino. i. facio illi copiā seu pmitto. Syr. res est ita id ē ita se habet negotium. hec an bacchis an antiphila: incertuz est eñ. hic oratio imperfecta a clitiphone iterrupta nunc quasi cū qd velit dicere nescitur interruptōe impediente & ideo liberum est vnicuiq3 subaudire quod placeat. Cli quas mala lum ambages occipit id est incipit narrare mihi id est qd dici solet quas male gratie circuitōes verboruz et sermonū inuolucra iste incipit narrare mihi: vbi malum est aduerbiū vel interiectio interposite indignatōis de quo superius satis apte diximus. Cli iste scz clitipho dicit verum mitte id ē omitte ista id ē tales ambages atq3 redi ad rez id est ad institutum ppositum. Sy. enimuero id est certe nequeo reticere id est non possum cōtinere quin dicaz hoc qd monet mihi stomachū videlz q clitipho est iniurius id est infestus molestus ac non equus multis modis neq3 potis ē id est non potest ferri. i. tolerari non potest ferre ea que dicūtur ei neq3 patientiā: habere donec narraueriz. Cli. hercle audiēdū est quid dicat scz. tace clitipho. Cli. quid est. Syr. vis amare id est esse amans vis potiri amata id ē qd inepte solet dici vis gaudere amata: vt rex potit regno: vbi dicunt rex gaudet regno: vis effici. i. inueniri aliqd sup. quod des illi meretrici: nō vis piculū eē tuū in potiundo: haud. i. nō stulte sapis. ironice dicit: si qdez. i. q?. i. sapere. s. velle ptigere. i. asseq qd nō potes: vel si sit pōt sic intellige. i. sapere p ironiā dicit velle id. i. illud optare qd nō pōt ptigere. i. euenire: aut h. picula sūt hnda cū illis. i. cū his q dicta sūt videlz amare potiri iueniri qd des aut illa voluptaria. s. amare potiri &c. sūt amittēda cū illis piculis. Nūc vide cogita examina vtram. i. quā [si liceat dici] haz duaz pditionū. i. optionū electionū: malis. i. potius vel. Etsi id ē quis scio h psiliū qd cepi id ē inivi suscepi eē rectū & tutū. i. absq3 piculo. Naz copia ē. i. facultas est seu facile factu est vt. i. q tua amica sit tecum apd prem sine metu. Tum id est deinde inueniam. hac eadem via id est hoc eodem modo seu hac eadem ratione: argentuz quod pollicitus es illi amice.

Comedia. III.

Quod vt efficerem: orando surdas iam aures reddi-
deras mihi. quid aliud vis tibi? Si quidem. hoc fit.
Syrus. Si quidem. experiundo scies. Cliti. Age age
cedo istuc tuum consilium quid id est? Syrus. As-
simulabimus tuam amicam huius esse. Clitip. Pul
chre: cedo quid hic faciet de sua. an ea quoq; dicetur
huius: si vna hec dedecori est parum? Sy. Immo ad
tuam matrem deducetur. Cli. Quid eo? Sy. Longū
est. o clitipho si tibi narrem: quobrem id faciam: vera
causa est. Cli. Fabule. nihil satis firmi video quobrē
accipere hunc mihi expediat metum. Sy. Mane ha-
beo aliud: si istuc metuis. quod ambo confiteamini si
ne periculo esse. Clit. Huiusmodi obsecro aliquid re-
peri. Sy. Maxime. ibo obuiā. his dicam vt reuertan
tur domum. Clit. Quid dixti? Syr. Ademptum tibi
iam faxo omnem metum: in aurem vtrāuis ociose vt
dormias. Cli. Quid ago nūc? Sy. Tu ne? qd boni ē.

Quod vt efficerem id est inuenirē argentum quod illi pollicitus es orando id est rogando. etiam atq; etiam reddideras mihi iam aures surdas id est attonitas obtusas stupidas qd aliud vis tibi. Cliti. Si quidem. i. si certe hꝰ quod dicis fit. Syr. dicis sup. si quidem ꝛ propterea videris dubitare: scies id effici experiendo id est cum experieris re ipsa qd dico. Cliti. Age age hortantis est aduerbium ge-minatum maioris causa exhortationis. cedo dic istuc consilium tuum: quid id. s. consiliū est id est quale est seu quod ē illud tuum consi lium. Sy. assimulabimus id ē fin gemus tuam amicam. s. Bacci-dem esse amicā huius clinie. Clit. pulchre. i. iucūde excogitasti seu dicis. ridendo cum hoc dicit cli-tipho quid sua amica faciet hic quoq; ea scz antiphila dicet esse amica huius clinie si hec vna scz antiphila est parum dedecori id ē affert dedecus. q. d. si hec vna dedecus parit quātum esset illi de decori si dicetur duas hre. Sy. immo id ē sed ipa antiphila de-ducetur ad matrem tuam scz so-stratam. Clit. quid id ē cur dedu cetur eo id ē ad matrem. Sy. o clitipho longum est si narrem ti bi. q. d. longum esset tibi a princi pio narrare. Vera causa est quo-brē id est propter quā faciā id id ē suadeam eam deduci ad ma trem. Cliti. fabule sunt sup. i. non sunt nisi nuge et iocularia verba neq; vera neq; verisimilia et p pterea sunt fabule: nihil satis fir mi. i. nullam rem satis firmā cer tam ac stabilem in tuo consilio vi deo id est intelligo esse: s. quobrē id ē propter quā rem expediat mihi id est sit mihi vtile accipe-re id ē subire hunc metum. Sy: mane id ē tace audi quod dictu rus sum ꝛ siste verba tua: habeo id est scio aliud si metuis istuc. s. quod suadeo: puta vt assimule-tur tua esse hoc ꝛ sua ad matrē deducetur: quod vz illud qd ha-beo ambo ꝯfiteamini eē sine piculo. Cliti. obsecro reperi aliqd hmōi. i. tale qd cōfiteamur eē sine peri culo. Sy. maxime. i. potissime reperiā. s. ibo obuiā illis. s. mulieribꝰ. dicā eis vt reuertant h. i. ex hꝰ loco domū. i. in edes suas vnde venerūt qn nō vis eas recipi. Cliti. Hem indignātis est qd dixti. i. dixisti. Sy. Iam faxo. i. faciā omnē metū adēptū. i. ablatū: tibi. i. ad te. q. d. abstergā statim oēm animi tui me tum. nam dicā amicetue vt hinc domū reuertant: vt dormias ociose. i. tranqlle: qete secure absq; solli-citudine et metu in vtrāuis aurem. i. vt dormias quiete super vtrūqz latus: aut super dextrum qd per dextram aurē designatur aut super sinistrum quod per sinistram aurem declaratur in tali genere dicē di. Cliti. Quid ago id est quid facio nunc. Dubius ꝛ perplexus querit consilium: timet pericula: ꝛ ami caz egerrime fert abscedere. Sy. tu ne id ē vtrum petis quid agas agis sup. quod est boni id est quod spectat ad virum bonum. Nam boni est velle abscedere lasciuas mulieres. ꝛ hoc totū dicit ridēdo eū.

Heautontimerumenos

Cliti. Syre dic modo verum. Syrus. Age modo ho-
die sero. ac ne quicq̄ voles. Cliti. Datur fruare dum
licet. nam nescias eius si sit potestas postbac: an vn-
q̄ tibi. Clit. Syre inq̄. Sy. Perge porro: tamē istuc
ago. Clitiph. Verum hercle istuc est. syre syre inquā.
heus heus syre. Syrus. Concaluit. quid vis? Clitip.
Redi redi. Syr⁹. Adsum. dic quid est. iam hoc quoq3
negabis tibi placere? Clitip. Immo syre et me et me-
um amorem et famam permitto tibi: tu es iudex: ne
quid accusandus sis: vide. Syrus. Ridiculum est te
istuc me admonere. Clitipho. quasi istic minus mea
res agatur: q̄ tua. hic si quid nobis forte aduersi eue-
nerit: tibi erunt parata verba: huic homini verbera.
Quapropter hec res neutiquam neglectui est mihi.

Cliti. O syre dic modo id ē dic nunc mihi verum. q. d. dic nunc vere quid facere velis. Sy. Age hortā-
tis est particula qua se hortatur syrus vt obuiam mulieribus eat dicturus vt reuertantur. dicaz sup.
verum modo: hodie: sero. i. vesperi. ac neq̄ quicq̄ id est frustra voles: quoniam statim reuocabis volunta
tem et impedies quo minus dicā verum vt prius fecisti: vel si ne et quicq̄ sint duo verba sic astrue: ac
ne quidem non voles. i. nō ꝑmittes quicq̄ dici. s. a me. nam impedies vt pri⁹. Cliti. dat̃. i. cōceditur tibi
ostēdere verū fruare. i. vtare ea
facultate dicēdi veri dū. i. q̄diu
lz. i. ꝑmittit̃. naz nescias an vnq̄
ptās ei⁹. s. ostendēdi veri sit tibi
postbac. i. ꝑmittat̃ tibi post hoc
tempus. Interea syrus ad mu-
lieres se cōferebat quē abeuntē
clitipho ꝓmo paululum reuocat
Deinde ipso calescēte magis ac
magis amore ⁊ syro pergēte ve
hementissime reuocat. Clit. syre
inq̄. i. dico hoc ita dicit vt paulis
per eum retineat. Sy. Perge. i.
prosequere in me reuocando q̄
tum voles: porro id ē sed tamen
ago istuc. i. mulierib⁹ eo obuiam
amicam tuā remissurus. Qd̄ vt
vidit clitipho syrū pergentē i in
cepto veritus ne sue amice pre-
sentiā amitteret subiungit. Clit.
hercle istud est veruz te studere
vt amicam remittas. syre syre. i.
q̄. heus heus. syre. aduerbiū vo
cātis est hec ꝑticula heus. Sy.
dicit hoc apud se syrus. ipe ama
tor cōcaluit. i. amoris ardore ex
arsit quapropter sic me reuoca-
uit vehemēter. deinde respōdet
ei quid vis. Clit. Redi redi. i. re
uertere noli ꝑmittere aicā. Sy.
adsuz. i. presto sum. hoc dicit po-
steaq̄ paululum rediit ac prope
clitiphonem fuit dic q̄d ē ꝓpter qd̄ me reuocas. Iam. i. statim quoq3. i. etiā negabis h̄ placere tibi: vi
delz q̄ amica veniat ⁊ nō reuertat̃. Cliti. Immo. o syre ꝑmitto. i. cōmitto tibi seu credo ⁊ trado tibi me
clitiphonē ⁊ meū amorē ⁊ famā meā: tu es iudex. i. tuo arbitrio ꝯmitto me ⁊ amorē ⁊ famā video ne
quid. i. ne in aliquo vel ꝓpter aliq̄d sis accusandus. i. rep̄hendendus. Sy. o clitipho ridiculum est. i.
stultum est ac ridendū te admonere me istud. Admoneo te h̄ dicim⁹ cū duob⁹ accusatiuis: q̄si. i. tanq̄
dicere velis q̄ mea res min⁹ agat̃ q̄ tua istuc. i. in ea fictione. q. d. videris ita admonendo me putare
q̄ minus mihi ex ea re impēdeat ꝑiculum q̄ tibi: vel q̄ id caute fieri min⁹ mea intersit aut minus ad
me spectet q̄ ad te. Nam cū Horati⁹ inquit. Nam tua res agit̃ paries cuz ꝓxim⁹ ardet. intelligit̃ sic:
tibi imminet ꝑiculū ꝓxime ardēte vicino pariete: vel negociū de incendio parietis vicini ad te ꝑtinet
Quapropter id est q̃obrem opus est tacito id est tacere vel celato id ē celare: vt Salustius. Priusq̃ incipias consulto ⁊ vbi consulueris mature facto opus est. Opus est igitur celare quoquo pacto. i. q̃ cũqz modo celari possit. Sostrata. ab interiectio dolentis: minime gentium id est nullatenus op⁹ ē in-q̃ tacere: vbi gentium genitiuus ponitur cum minime non necessitate significationis sz ornatus gra-tia ⁊ sonoritatis: vt etiaz dicimus nusq̃ gentium terrarum locorum. Deinde subdit nõ faciam. i. nõ ta-cebo. Ge. quid ais. Sostra. proferam id est diuulgabo facin⁹ vi-ri. Et ideo quod pri⁹ dicebatur an mi homo sanus est. Donatus vult ex persona nutricis legẽdũ esse: que rem dissimulandam pu-tat. Ge. Hez interiectio dolẽtis. o mea hera scilz sostrata vide id est diligenter considera quã rez agas id ē quid facias. Sostra. res non potest esse peiore loco id est in peiore statu q̃ in quo lo-co id est statu nunc est sita id est posita constituta collocata. q. d. peius accidere non põt q̃ iam acciderit. Primum id est in pri-mis ipa est indotata id est sine dote: tum id est deinde preterea id est insuper dos que erat ei se-cunda videlicet virginitas. periit id est perdita est ⁊ cõsumpta nũ q̃ reditura. Nam ait Ouidius. Lesa pudicicia ꝺperit illa semel ipa non potest dari nuptum id ē non potest collocari vel nubere pro virgine id est tanq̃ virgo cũ non sit: et multo minus cum erit diffamata. Dicimus dare nup-tum filiam admittere spectatum dare venum edes: que verba q̃-uis motum non significent eun-di de loco ad locum tamẽ iungunt primo supino. nã vt dicũt in se latentẽ motũ obtinẽt. preterea id dicen-di genus ab auctorib⁹ ē vsurpatũ. Hoc reliquũ ē. i. restat: si ipe Eschinus ibit inficias. i. negabit. anul⁹ est testis mecum id est vel anulus qui est testis est apud me vel anulus est testis pro me aut gero me-cum anulum eius qui testificabitur id est approbabit factum ipsum cum videbitur quem scilicet anu-lum ipe eschinus amiserat. Postremo deniqz quando id est quia ego sum conscia mihi id est sum mihi ipi testis ⁊ scio apud me hanc culpam de stupro filie esse procul: id est longe a me id est me nõ consen-sisse vllo pacto: quoniam sum inq̃ mihi conscia: neqz id est nõ precium intercessisse id ē interuenisse ne-qz rem vllam id ē neqz nuncium neqz donum neqz pactum neqz promissum intercessisse id est intercur-risse: aut interpositum esse. O geta experiar id est probabo agendo apud iudices illam filiam: aut ex-periar inq̃ illam indignã me id est male respondentem moribus meis ⁊ degenerantem ⁊ propterea indignã que habeat matrem. Vel potest referri ad culpam dicendo aut experiar id est probabo apd̃ iudices agendo illam culpam esse indignam me id est non dignam que imputetur mihi: quia dixit iam illam culpam esse procul a se ita vt non dicatur fuisse lena filie. Geta. Quid id est cur dicis sup. istud cum non sit dicendum. accedo id ē appropinquo tibi: vt dicas melius id est ꝓmonem aptiorem loqua-ris. Sostra tu geta q̃tum potes. i. cito abi id est discede atqz enarrato id est recitato ordine id est per ordinem eodem dictu ⁊ tenore quo facta est omnẽ rem id ē totuz factũ hegioni cognato hui⁹ filie me-e

quapropter quoquo pacto celato est opus. Sostrata.
Ah minime gentium non faciam. Geta. Quid agis?
Sostra. Proferam. Ge. Hem mea sostrata vide quã
rez agas. Sostrata. Peiore loco res non potest: q̃ in
quo nunc sita est: primum indotata est: tamen prete-
rea que scda ei dos erat: periit pro virgine dari nup-
tum non potest: hoc reliquum est si inficias ibit: te-
stis mecum anulus quẽ ipse amiserat: postremo quã
do ego conscia mihi sum: a me culpã esse hanc procul
neqz precium: neqz rem vllam intercessisse. Illam aut
me indignam geta experiar. Ge. Quid istuc? accedo
vt melius dicas. Sost. Tu (quantuz potes) abi atqz
hegioni cognato huius rem enarrato omnez ordine.

Nam is hegio fuit summus amicus supple: vel familiaris vel in magno honore habitus nostro simu-lo.i.marito meo. Simulus est diminutiuū [vt dicit Dona.] a simone vel simo. ⁊ coluit.i.amauit: frequē-tauit: sociauit. maxime.i.valde plurimū nos.q.d. plurimꝰ illi nobiscū fuit vsus ↄsuetudo ac ↄuersatio. He. Bene dicis vt id narrez hegioni. Nā hercle.i.ꝑ herculē: nemo respicit nos.i. nemo ꝑter eū fauet nobis aut habet curā nostri: vt dicimꝰ deū respicere nos cū nostri miseret ⁊ nos nō aspernat̃ ſ; beni-gne exaudit. So. o mea cantara id ē. o nutrix mea chara: ⁊ ē mu-liebre blandimentū. ꝓpera.i. ac-celera: curre accerse id est vade ad vocanduz vel voca vel quod dicunt fac venire obstetricez: id est mulierē ꝑturientibꝰ opē ferē-tē: vt ne.i. vt nō sit nobis ī mora id ē vt nō tardet cūctetur cū opꝰ sit eā adesse.s. ꝑturienti.

nam is nostro simulo fuit summus: et nos coluit ma-xime. He. Nā hercle alius nemo respicit nos. Sostra-ta. Tu mea cantara: curre. obstetricem accerse: vt cuz opus sit: ne in mora nobis fiet.

Demea.



Disperij. ctesiphonem audiui filium vna affuisse in raptione cum eschino: id mise-ro restat mihi mali: si illum potest qui ali-cuius rei est etiam ad nequitiam abducere. Ubi ego illum queram: credo abductum in ganeum aliquo. ꝑ-suasit ille impurus: sat scio. Sed eccum syrum ire vi-deo: hinc scibo iam vbi fiet. atq; hercle hic de grege il-lo est. si me senserit eum queritare. nunq̃ dicet carni-fex non ostendam id me velle.

Syrus. Demea:



Disperij ⁊c. Hic ostēditur q̃ntum demea cōmoue-bitur ipsa re cō-perta cum ex ꝑ-ua rei suspitiōe tantuz se affligat. De. Demea so-lus hec secuz loquitur inquiens disperij.i. varijs modis ꝑditus sum ⁊ infortunatus audiui ctesi-phonē filium affuisse in raptiōe .i.in abductiōe seu in violenta ab-latiōe puelle vna cum eschino: id mali.s. vt alter filiꝰ corrūpat̃ las-ciuia restat.i. reliquū ē mihi mi-sero.i.infelici. Deinde subdit: id mali qđ restat.s. si etiam eschinꝰ potest abducere.i. inuitū deduce-re attrahere ad nequitiā.i. libi-dinem: lasciuiam eum illū.i.eum ipm.s.ctesiphonem: qui ē alicuiꝰ rei id est qui alicui rei dat opam seu qui aliquid negocij facit: aut qui est alicuius professionis seu artis. Raptio refertur ad personam: rapina ad rem: raptus ad stupꝝ. Insuper ducimus volētes ab-ducimus inuitos. Nequitia libidinosa iertia dicta est q̄ nihil queat nulliq; rei apta sit. vnde ⁊ nuge q̃-si nihil agant dicte sunt. Ubi.i.in quo loco queram illum.s.ctesiphonem: credo eum abductum id est in-uitum deductum aliquo id est in aliquem locum puta in ganeum id est in lupanar seu prostibulū. Nā ganeum veteres meretricum tabernam dixerunt q̄ ipsa sit in terra non vt cenacula superius. vñ ta-berna dicitur quasi trabea a validioribꝰ dicta trabibus: quibus supiora suspensa sunt. Inde ganeo di-citur ganeoꝝ frequentator. Eschinus ille impurus id est improbus persuasit.i. induxit eum: sat scio.i. non dubito: facile perspicio. Suadere est ī actu. persuadere vero in effectu. Sz eccum id est ecce hic prope video syrum huum ire.i. venire. Nam ire et abire ⁊ venire significat: hinc id est exinde vel ex h̃ loco aut ex hoc syro. iam.i. nunc scibo id est sciam [antiq̃] vbi sit ctesipho atq; hercle h̃ syrus ē de illo gre-ge.i. de illa sodalitate seu ex numero taliū gregaliū seu sodaliū: vel ē ex illo grege.i. ex illo ordine volup-tuosoꝝ q̄bus induit si ipe syrus senserit.i. ꝑceperit me q̃ritare.i. istāter q̃rere eū ctesiphonē. ipe carni-fex.i. ipe tortor q̄ me excarnificatur ⁊ dolore afficit: vel ponit̃ ꝑ ganeone. h̃ ē ille ganeo ⁊ lasciuꝰ nunq̃ dicet vbi sit eschinus. ꝓpterea nō ostendam me velle id: hoc est scire vbi sit eschinus.



Omnem rem ꝛc. Hic syrus ctesiphonē apud demeā ↄmendat ⁊ eschinū simul ac mitionem q̄ illi suppeditet sumpt⁹ pbro, ꝓseq̄t. Sy. Syr⁹ tanq̄ nō vidēs demeā hec loq̄tur et demea ea audiēs ꝟba tacite sua intermiscet vt cernere est. mō. i. pauloāte enarrauimus ꝓ enarrauim⁹. seni. s. mitioni oēm rē. i. totū negociū ⁊ factū eschini de raptiōe puelle quā senex scire volebat. Enarrauimus ḡ seni ordine. i. p ordinē vti erat facta oēz rem: q̄ pacto. i. qualiter se haberet. i. qualiter existeret: nihil. i. n̄ vidi quicq̄. i. aliquid letius sene scʒ nullū vidi letiorē eo cū ei narrauissemus. est eñ neutra oratō ꝓ masculina. De. Prob. iuppiter irascētis exclamatio: vt solemus exclamare bone deus q̄. a scelera. q. d. O iuppit̄ testor te sup. vl' aliquid tale: quasi voco te i testimonium q̄ ita nō deberet fieri. Stultitiā hoīs. deest o. hoc est miror sup. plurimū stultitiā hominis illius. s. mitionis qui letatur de iprobitate filij adoptiui. Sy. ꝓsequitur sermonem secuʒ non videns demeā. mitio collaudauit. i. simul cum letitia sua laudauit filium eschinum: egit mihi gratias qui dedit id consiliū vt ita res fieret quēadmodum narrabam ei. De. Disrumpor id est differor: distrahor: dilanior: lacero: doloribus. Sy. illico. i. stati ipe mitio adnumerauit. i. computauit nobis argentū q̄ erat op⁹. Preterea. i. vltra h̄ dedit dimidium mine id est dimidiam partem libre. Dimidiū eñ neutri generis ē hic. Recte aūt dicē possumus dedit dimidiatā minā aut dimidiā ptem mine: aut dimidiū mine: sane. i. certe id dimidiū mine ē distributū. i. in diuersa tributū h̄ est disptitū p pulmētaria. ex sn̄ia. i. ex arbitratu seu ex arbitrio nr̄o vt volum⁹ scđm votū ac desideriū nr̄m. De. Hem interiectio dolētis seu indignantis ⁊ ironiā ōndentis. mādes. i. ↄmittas: credas: tradas huic. s. mitioni vel eschino imo ⁊ vtriq̄ seni tradas filiū eschino ꝟo argentū dispensandū imo ꝟo dissipandū ac dilapidandū. Mādes ḡ huic si q̄d. i. si velis aliq̄d cē recte i. vt decet curatū. i. cura ac studio custoditū seu accurrate ↄseruatū. Sy. Hē interiectio h̄ ↄmoti ⁊ q̄si ꝑculsi re subita ⁊ noua. O demea haud. i. nō aspexerā te. q̄d agit̄. i. q̄d fit. blādientis ē nō interrogātis De. Petis sup. q̄d agat̄: neq̄o. i. nō possum satis mirari. i. cū admiratiōe horrere ac rep̄hendere vr̄am rōnē malā. s. i. vr̄m modū viuēdi nō satis ꝓbandū. Sy. Hercle ne dicā. i. loquar dolo. i. fraude mēdatio. i. ne mētiar: sʒ sedulo loquar. i. sine dolo. nr̄a rō viuēdi ē inepta. i. stulta ⁊ temeraria seu incōsiderata ac male ↄgruēs et absurda. i. sibi repugnās ⁊ in ipa stultitia diuersa. Nā absurdū d̄r q̄d stultū ē in ipa stultitia diuersum ⁊ q̄si sibi repugnās neq̄ bn̄ sibi coherēs aut q̄drans. o dromo nomē ē ꝟui. purga. i. mūda: euiscera ceteros pisces ab isto ↄgro ꝟo. i. sʒ finito istū ↄgrū maximū: q2 sūt alij nō maximi. finito ḡ istū maximū ↄgrū. i. piscē illū de gn̄e ↄgroꝝ vl' si mauis de spē: finito inq̄. i. ꝑmittio illū ludere i. viuere ⁊ se deducē paulisꝑ. i. aliq̄diu: puo tpe i aqua. Ubi. i. cū vel postq̄ ego venero ipe ↄgrus exossabit̄. i. purgabit̄ sicut ⁊ alij. Exossare ei h̄ē purgare ⁊ q̄si ossa remouere de obsonio: vt auferre spinas ex piscib⁹ ē ipos exossare. Inde exossat⁹ ager d̄r lapidibus purgatus q̄ lapides sunt ossa terre magne parentis: vt ait Ouidius in transformatis. Uolo prius. i. ante ceteros purgari q̄ istum. Demea.



Omnē reʒ modo seni (quo pacto se haberet) enarram⁹ ordine: nihil vidi quicq̄ letius. De. Prob iuppiter hoīs stultitiā. Sy. Collaudauit filium: mihi (qui id dedissem consilium) egit gratias. De. Disrumpor. Sy. Argentuʒ adnumerauit illico dedit preter ea in sumptū dimidiū mine: id distributū sane est ex sententiā. De. Hem huic mandes: si quid recte curatū velis. Sy. Hē demea: haud aspexeram te. quid agitur? De. Quid agatur? vestraʒ nequeo mirari satis rationem. Sy. Est hercle inepta (ne dicā dolo) et absurda. Pisces ceteros purga dromo: congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper: vbi ego venero: exossabitur pri⁹ nolo. De.

Heccine flagitia? Syrus. Mihi quidem non placent, et clamo sepe: salsamenta hec stephanio fac vt macerentur pulchre. De. Dij vestram fidē vtrum studio ne id sibi habet? an laudi putat fore si perdiderit gnatū? ve misero mihi: videre videor iā diē illū: cū hinc egēs profugiet aliquo militatum. Syr. O demea istuc est sapere: non quod ante pedes modo est videre: sed etiam illa que futura sunt prospicere. De. Quid? istec iā penes vos psaltria est? Syr. Est hec iam intus. De. Eho an domi est habiturus. Sy. Credo: vt est dementia. De. Heccine fieri flagitia? Sy. Inepta lenitas patris: et facilitas praua. De. Fratris me quidez piget

Heccine .i. vtrum hec flagitia .i. hec vitia flagitiōe .i. icrepatiōe digna sunt sup. faciēda aut ferenda. Sy. q. d. Jem certe hec flagitia nō placēt mihi et sepe clamo .i. vocifero o stephanio nomen hui et quasi discipuli ipsius syri in parandis cibis: fac .i. effice q sup. hec salsamenta .i. hec obsonia salita videlz pisces salsi et laridū seu lardū aut succidia q idē significāt .s. lardū. Salsamēta eñi dicit Dona. aut salsi pisces sūt aut laridū. Fac ergo vt hec salsamēta macerētur pulchre .i. recte vt decet mollificētur seu qd dici solet desallant. Macerare eñi significat interdū debilitare: attenuare vt macerare corpus. Interdū mollificare vt macerare quod est rigidum et durum. Jtez macerare significat cōterere que significatiōes pene i idem redeunt. Macerare significat afficere dolore: vt mille modis me discipuli macerant. Qui. in epistolis. Maceror interduz q sum tibi causa doloris. maceror iquit p dolore afficior. De. dij imploro sup. vestram fidem .i. vestram opem: vtruz ne id ē vtz sicut an ne p vtz. ponūtur enim due particule vbi altera sufficeret nisi vis capere ne p certe: vtrū ergo mitio hz .i. reputat sibi id .s. perdere filiuz studio id est ad studiuz et animi applicationē seu vacationem et ad tedij solamē itaqz ex industria et dedita opera et pprio studio eius p ditioni insistat et vacet an putat fore .i. futurū esse sibi laudi .i. ad laudem si pdiderit gnatū id est causa fuerit perditiōis nati subministrādo sumptus. Veh mihi misero .i. ego miser sum tanq̄ maledictus et deo iuuisus: iam videor videre vbi barbare dicunt. videtur mihi q ego iam video illum diem quasi tristem et funestū quū id est quo die et quo tēpore ipse eschinus egens .i. egenus penuria pressus profugiet .i. longe discedet hinc .i. ex hoc loco aliquo id ē in aliquē locum militatum .i. ad militandū seu merendū et ad stipendia facienda. Sy. istud quod sequitur est sape id est sapiam habere et ostēdere videlz videre considerare nō mō .i. nō solū id qd est ante pedes: id qd ē psens: sed etiā prospicere .i. puidere et a longe aspicere illa q sunt futura. De. quid .i. cur istec quasi ista hec psaltria .i. cantatrix vel amatrix histrionū i scenis cantantiū est iam .i. nunc penes vos: vel penes posuit p apud: vel recte penes vos dixit de ea q in eoz manu et quasi potestate esset quā eripuerant a lenone. Psaltria dicit Tortelius apud romanos dicebatur illa que sequebatur et amabat histriones: et deducitur a psallo quod ē canto. Nam illi quos eiusmodi femina amabat quotidie in scenis cantare solebant. potest tamē nūc capi p cātatrice ac tibicina et meretrice. qm eiusmodi muliercule petulātes cantilenis lasciuis et de amoribus solent resonare tanq̄ syrenes quo suis amatorculis placeāt et illos in sui amorē inflammēt et per hoc decipiant. Sy. Psaltria est iam intus: interrogatie pferēdo. De. q syrus dixit iam ac ppterea collegit demea eā futuram quod certo nesciebat: et ideo quasi deprehensa veritate et nouo motu perculsus inqt. Eho. interiectio ostendens aliquid esse subtiliter deprehensum vel attentionē mouens. an ipse eschinus est habiturus eam psaltriā domi tanq̄ foret vxor. Sy. Credo eum esse eam domi habiturū: vt .i. cuiusmodi dementia eius est: vel si sit ablatiuus sic intellige: vt ipse eschinus a dementia agitatus sup. hoc est: tanta est stultitia eius: vel adeo est insanus et male sibi consulens et animi impos sensuqz bono destitutus. De. Heccine .i. vtz decz sup. hec flagitia fieri. Sy. Lenitas .i. indulgentia patris ad permittendū inepta .i. stulta inconsiderata et facilitas ipsius ad cognoscēdū praua .i. perniciosa sibi et filio. Prauū est quod etiam ipsuz ledit facientē: malū vero qd alios tm ledit. Lenitas

ergo p̄ris ⁊ ei⁹ facilitas facit sup. h̄ flagitia: vl' ē cā taliū flagitioꝝ. De. q̄d ē. i. certe me pudet ⁊ piget fra-
tris. i. verecūdor ⁊ doleo ꝓpt̄ fratrē q̄ adeo male ꝯsulit ⁊ sibi ⁊ filio. Pudet dr̄ in his q̄ turpit̄ fiūt piget
aūt in his q̄ cū dāno ac malo pudere etiā ad dedec⁹: pigere ad dolorē refertur. pudet q̄d turpe ē: piget
q̄d dolet. Sy. o demea nimiū ⁊ per nimiū immo valde nimiū. q. d. valde multū aut q̄plurimū ⁊ nimiū
repetēdo ꝯfirmat dictū ⁊ auget. Pernimiū ergo interest. i. lata ē differētia aut distātia īter vos. i. īt te ⁊
frēz ac. i. ⁊ nō dico h̄ q2 adel. ꝯpo-
situm ꝑ simplici. i. es p̄ns. tu de-
mea q̄tusq̄tus. i. q̄tuscūq3 sicut
quotquot quocūq3 q̄lq̄s q̄cūq3 ⁊
i iure memini me legisse q̄lisq̄lis
ꝑ q̄liscūq3. itē vt vt ꝑ vtcūq3 vbi
vbi ꝑ vbicunq3. q̄tuluscūq3 ergo
es nihiles nisi sapiētia ille mitio
frater ē sōniū. i. aliq̄d futile ⁊ va-
nū ⁊ inutile q̄le ē sōniū. ⁊ ē hyꝑbo-
le nō dicit demeā nō eē sapientē:
s3 esse ipam sapiam. p̄terea dicit
mitionē eē sōniū ⁊ q̄ si ipm vani-
tatē nedū vanū ⁊ soniatorē. Ali-
qui legunt ille ē sōnus. q. d. mitio-
nē non solū eē sōniculosū: sed etiā
ipm sōnū itaq3 ait Dona. vero. i.
s3 sineres id est sinere ac pati de-
buisses illū tuū eschinū facere h̄
que fecit interrogat ꝑ ironiā con-
trariū intelligens. De. petis sup.
sinerē. i. verū tolerare debuissem
illū facere talia. q̄si aut non olfe-
cissē. i. sensissē more odorinseq̄
canis q̄ q̄d nōdū videt̄ oculis iā
docet odoratu aut p̄sto aut ꝓpe

pudetq3. Sy. Nimiū iter vos demea (ac non q2 ades
p̄ns dico hoc) ꝑnimiū interst tu quātusquātus nihil
nisi sapiētia es. ille futilis somniū. sineres vero illū tu
tuū facere hec? De. sinerē illū? an nō sex totis mēsibus
p̄us olfecissem q̄ ille q̄cq̄ ceperit? Sy. vigilātiā tuā
tu mihi narras. De. sic fiet modo vt nūc ē queso. Syr.
Ut q̄sq3 suū vult eē: ita ē. De. q̄d ⁊ eū vidisti hodie? Sy
Tuū ne filiū. De. Abigā hic rus. Sy. iādudū aliq̄d ru
ri agere arbitror. De. satin scis ibi eē? Sy. Ob. quem
egomet produxi. De. optime ē: metui. ne hereret hu-
ic. Syrus. atq3 iratum admodum. De. Quid autem?

eē. ꝓptereaq3 nares dicuntur a gnaritate. i. a sagacitate ⁊ olfaciendi facultate q̄ nondum adsunt p̄ntia.
Quasi ḡ aut nō olfecissē ipm hec eē factū. sex tot. i. itegris mēsib⁹ p̄usq̄ ille eschin⁹ cepit. i. inceperit
q̄cq̄ istoꝝ flagitioꝝ. Sy. tu demea narras mihi tuā vigilātiā. i. tuā vigilē ac diligentē obseruationē filij
quā. s. maxie scio. De. q̄so. i. opro q̄ sup. ita fit. i. res ita se h̄eat vt. i. sicut nūc ē. i. sicut dr̄ nūc se h̄re q̄n mi-
hi non est habita fides: neq3 mihi ē assensum cū iādiu olfecissē, huicq3 malo mederi voluissem ꝓpterea
fit ita sane vt nūc ē volo: ita indignati dicere solem⁹ vbi nostre admonitioni ⁊ ꝯsilio nō ē relictus locus.
Sy. snia color rhetoric⁹ vt. i. q̄no q̄sq3 vult suū. i. rē suā vl' filiū suū eē ita ē ea res. i. eo mō ea res vel is
fili⁹ se habet: ⁊ h̄ dicit ꝓpt̄ mitionē q̄ vult saltē q̄ nō malū ducit adolescētulū scortari vt p̄r⁹ dixit: q̄uis
absurdū sit dictū et iō cū facile patiat̄ eū eschinū esse lasciuū. fit lasciuus op3. dici etiā vulgo solet q̄ti est
homo tanti est sua possessio. De. quid modus interrogādi comicis familiaris. estq3 initiū interrogatōis
future de persona ctesiphonis. vidistin. id est vidisti ne eū sc3 ctesiphonem hodie. Syr. ne id est vtrum
petis an viderim filium tuū ctesiphonem. De. abigā id ē expellā seu fugabo tanq̄ pecudē non vt hoiem
mittā. abigā ergo eum hinc id ē ex hoc loco rus in actō aduerbialiter ad locū. i. bene mittam hinc eum
in agrū ad meditandū. i. se exercendū. Sy. arbitror eū filiū agere. i. operari ruri. i. in agro in ocio ꝑ ad-
uerbio in loco ponitur. iādudū. i. iāpridē et iam longo ante tp̄e: agere bene dixit. nā ab argēto dr̄ ager q̄
in eo multa sunt agenda. De. satin. i. vtrū satis. i. pro certo scis eū filiū eē ibi. i. ruri. Sy. ob īteriectio in-
dignātis q̄ ei nō credat̄: scio satis eū ibi esse quē egomet id est egoipse produxi. i. porro duxi hoc est de-
duxi et sum eū comitatus cū iret. De. optime est. i. optime res habet vel filius est optime illic metui ne.
i. vt ⁊ vt ꝑ q̄ hereret id est adhereret ⁊ assentiēdo huic eschino irretiret̄ iā heret nō aīo nec voluntate:
sed vicio decipientis aucupis. Sy. atq3 ꝑduxi inq̄ eū rus admodū. i. valde iratū. De. autem. i. sed quid
id est cur erat iratus. Si. adoratus est id est aggressus est fratrem eschinum seu insultauit et affecit iur-
gio id est obiurgatione lite increpatione. apud forum vel venale vel causarum aggreditur de longiquo
et aperte adorimur ex insidijs et ex proximo. dicitur enim adoriri quasi ad aliqua oriri: id ē exurgere

Adortus ē ergo iurgio .i. abiurgatus ē ⁊ increpauit fratrē apō forū de istac psaltria .i. ppt hāc meretri-
culā .qd sit psaltria iam ē expositū. De. No .i. sed ain .i. dicis ne serio. Sy. Vah. iteriectio irridētis senez
ita difficilē ad credēdū. Ctesipho. nihil reticuit .i. nihil celauit patri q̄nimo apte est cū criminatus q̄uis
eēt natu mi nor. nā vt .i. q̄n forte argētū nūerabat. recēsebat ab eschino vt daret psaltrie homo scilꝫ cte-
sipho iteruenit .i. intercidit de iprouiso .i. ex insperato aduerbiū. p̄ter spem p̄ter expectationem, cepit .i.
incepit clamare. o eschine heccine .i. vtrū decet sup. te facere hec flagitia: iteruenire ē medio nego-
cio quasi ex insidijs supuenire et opprimere in ipso actu eos q̄ rez celatā vellent. decet ne inq̄t te ad
mittere plus est q̄ facere .i. te cō mittere hec flagitia indigna no-
stro genere .i. inhonesta nostre co gnationi. De. oh oh. interiectio d̄
letantis. lachrymo .i. lachrymas emitto: dicim⁹ etiā lachrymor d̄
ponens. pre gaudio: .i. tantum est mihi gaudium Sy. clamare inq̄t
cepit vel dixit fratri tu non pdis .i. amittis hoc argentuz: sed pdis
.i. inquinas amittis vitam tuā qꝫ aut excessu nimio seu crapula pe
ribis: aut lasciuia ad vltimam in opiaz deduceris. Itez si non cito
moriaris i lāguore deduces vitā ignominiosaz q̄ vita nō ē viuere
sed potius perire ac pdi. De. ipse filius sit saluus .i. maneat incolu-
mis et bn̄ se hēat et sit bn̄dictus spero .i. credo q̄ sup. est similis su
orum maiorum .i. suorum p̄decesforum ac parētū. dicim⁹ similis il
li et similis illius sꝫ similis illi cū d̄r inuenitur similitudo in re cor-
porea vt in colore: sed cum d̄r si milis illius ostēditur similitudo
in moribus in doctrinis ⁊ ceteris incorporeis ac spūalibus. Syr. hui. interiectio admirātis quasi ad-
miretur syrus que narrat demea. De. o syre ille ctesipho est plenus istorum: id est talium preceptorum
id est documentorum. Sy. ipse filius habuit philosophos id est sapientes amatores sapientie et boni-
tatis domi. vnde id est a quibus diceret id ē bonos mores sibi acquireret. De. fit id est agitur impsona
liter in eo .s. erudiēdo sedulo .i. instanter quasi sine dolo. nā negligētes dolosi dn̄r. itaqꝫ fit sedulo signifi-
cat id qō laboratur vehementer in eo erudiēdo nihil pretermitto .i. nihil omitto qō ei vtile fore putem.
cōsuefacio .i. assuetū efficio in bonis moribus qui ex assuefactiōe ducūt originē. Deniqꝫ id ē tandez iu-
beo eum inspicere .i. diligenter considerare vitas .i. viuēdi modos hoīm tanq̄ in speculo .i. sicut videtur
habitudo faciei in speculo sic vitas hoīm volo illum animaduertere atqꝫ iubeo illum sumere sibi exem-
plum ex alijs id est ex aliorum moribus dicēdo ei sup. facio hoc qꝫ bonum et laudabile. Sy. sane: id ē
profecto mones supple vel facis. De. dico illi etiam fugito: id est caueto hoc quia vitio dari solet. Syr.
callide id est astute facis sup. Callidus est qui exercet doctos et qui callidum artis vsum sibi induxit.
De. dico etiam ei hoc est laudi id est ad laudem efficientis et propterea faciendum. Syr. istec res est
id est ista ē vtilitas vel istud est commodum. nam res sepe pro commodo et vtilitate ponitur. De. dico
etiam ei hoc .i. hoc factum datur vicio id ē vertitur in vituperiuz. Syr. pbissime .i. rectissime dicis sup
vel aliquid tale. De. porro autem .i. sed certe ⁊ quoniā est principium future narrationis quo principio.
superiora sequentibus connectuntur propterea audiendo defatigatus interrupit sermonem et inquit

Adortus est iurgio fratrē apud forū de psaltria istac.
De. ain vero? Sy. Vah mihi reticuit. Nam vt numera-
batur forte argentū: interuenit hō de iprouiso. cepit
clamare. o eschine heccine flagitia facere te? hec te ad-
mittere indigna genere nostro? De. oh oh. lachrymo
pre gaudio. Sy. non tu hoc argentū perdis: sed vitam
tuā. De. saluus sit. spero est similis maiorū suorū. Sy.
hui? De. Syre preceptorū istorum ille plen⁹ est. Syr.
Phōs domi habuit: vnde disceret. De. Fit sedulo. ni-
hil pretermitto consuefacio. deniqꝫ inspicere tanq̄ in
speculū vitas hoīm iubeo: atqꝫ ex alijs sumere exem-
plum sibi. hoc facito. Syr. recte sane. De. hoc fugito.
Syr. callide. De. hoc laudi est. Syr. istec res est. De.
hoc vicio datur. Syrus. probissime. De. porro autē.

Sy. Non hercle ocium est nunc mihi auscultādi. Pisces ex sententia nactus sum. hi mihi ne corrumpantur: cautio est. nam id nobis tam flagitium est: q̄ illa demea nō facere vobis q̄ modo dixti (et qđ queo) cōseruis ad eundē istunc precipio modū: hoc falsuz est: hoc adultū est: hoc lautū est parū. Illud recte. iteȝ sic memēto sedulo moneo: q̄ possuz p mea sapiētia. Postremo tanq̄ i speculū in patinas o demea ispicere iubeo τ moneo: qđ facto opꝰ siet. nepta hec esse (nos q̄ facimus) sentio. veȝ quid facias: vt homo est: ita morem geras. Nunqd vis? De. Mentem vobis meliorem dari. Syrus. Tu rus hinc abis? Demea. Recte. Syrus. Nam quid tu hic agas: vbi si quid bene precipias nemo obtemperat? Demea. Ego vero hic abeo

Sy. hercle nunc non est mihi ocium id est non habeo facultatem auscultandi ea que incipis dicere. nā nactus sum. i. inueni atq̧ comparaui mihi pisces ex sententia id est vt volebam qui bene respondent votis meis. cautio id est prouisio ē mihi id ē mihi incumbit ne hi pisces corrumpant͛ id ē cōtrahant corruptionis aliquid. nam o demea id scȝ q̄ pisces corrūpi sinantur est nobis. nam. i. tantum flagitium. i. delictum omissum flagitione. i. increpatione dignum. q̄. i. q̄tum flagitium est vobis id est vobis dominis bonam vitam agentibus nō facere illa que tu demea dixti modo. i. pauloante τ precipio ad id ē iuxta istunc eundem modum seruis id est alijs qui mecuȝ seruiunt quibus tamen presum. qđ scȝ precipere ita conseruis queo id est possum facere. deinde subdit modum suum precipiendi. hoc obsonium est falsuȝ id est nimio sale conditū. hoc aliud est adustum id est exustuȝ combustum. hoc aliud est parum. i. non satis seu non multuȝ lautum. i. mundū et munde paratum. illud obsonium est recte lautum scȝ et paratum dico alicui ex seruis mememto. i. sis memor parare sup. iteȝ i. secundo seu alias si id est hoc modo vt te doceo. Moneo. i. doceo conseruos sedulo. i. diligenter ea que possum monere pro mea sapientia. i. scđm scientiam meam condiendi cibos τ efficiendi eos sapidos. ppterea sapientiam dixit quia coci seu coqui. nam veteres per q nō per c scribebāt. nunc autem inoleuit vsus vt per c scribatur. nam inq̄ coci temperant gustu ac sapore condimentum. postremo. i. tandem iubeo eos conseruos inspicere in patinas. i. in vasa coqnaria sȝ precipue patula ac lata quales sunt catini q̄s discos vocant sartagines lebetes seu ahena τc. iubeo ergo τ moneo. i. admoneo doceo eos conseruos inspicere in patinas tanq̄ in speculuȝ. τ subdit quid iubeat eos inspicere id. s. qđ opus facto. i. facere vt sepe expositum est ex his omnibus dictis egregie seruus illudit demeā. sentio. i. percipio hec que nos facimꝰ i. q̄ ego facio. esse inepta. i. absurda. stulta et non honesta. verum. i. sed. quid facias id est faciat vnusq̄sq̧ scđa psona p tertia vt. i. sicut τ cuiusmodi q̄busue moribus hō aliq̄s est. ita. i. eo modo morem geras. etiā scđa psona p tertia. i. morem gerat cōplaceat obseq̄tur aliq̄s pcipue si velit suare incolumē amicitiā. est aūt puerbium aptū aut suis aut amicis. q. d. q̄lis est dn̄s talis sit suus oportet. Iteȝ q̄lis hō est taliter illi mos gerēdus est qđ q̄dem puerbiū nō est sequēdū. nā regula amicitie est vt nec amicos regemus res turpes nec faciamꝰ rogati. nūqd. i. nōne aliqd aliđ vis q̄ dicere mihi illa q̄ dixisti. ita dicere solemꝰ cupiētes aliq̄s a nobis abire τ finē smoni facē desiderātes. De. opto sup. mentē meliorē. i. bonā vel tolerabilē posuit em̄ cōparatiuum p positiuo. nā nō vult fateri eoȝ mentē fuisse aliquatulū bonā. opto inq̄ mentē meliorez dari voh. Sy. tu abis. i. discedis hic rus. i. ad agros. nā in vrbe erat. De. recte. i. bn̄ putas. nā recta hinc recte rus abeo. Sy. q. d. abeas libere rus. nā qđ agas hic in vrbe vbi. i. i q̄ vrbe si qđ pcipias bn̄. i. recte moneas nemo obtēpat. i. obseq̄t obedit. De. ego i. certe ego abeo hic qn̄. i. qȝ τ qđ dicunt nō recte postq̄ is ctesipho q̄obrē. i. ppter quā venerā huc abijt rus. i. iuit ad opandū in agrū. Curo. i. cure habeo illū vnū. i. illū solū ac pcipuū. ille Ctesipho attinet ad me id est mea interest τ ad me spectat

quando id quod dicunt postq̃ frater mitio vult ita.s.me curare hunc ⁊ ipẽ suũ curabit de isto.i.qd̃ dici solet quantũ ad respectũ istius ipẽ frater viderit qd̃ inepte dici solet ego me refero sibi.i.suo ipi⁹ relinquo arbitrio. Si q̃s est illic.i.ille homo ꝓcul quem video ne.i.verũ est hegio noster tribulis.i.de tribu nostra h̃ est filis nostri quantũ ad mores viuendi ⁊ nobis amicitia iunctus quẽadmodũ inter se necessitudine iuncti esse solent qui de eadem tribu sunt.hercle is est hegio si satis cerno.i.si satis adhuc habeo visum acutum vah.hic ridentis est interiectio et exultantis ꝑ aduentu amici.is ẽ hõ amicus nobis:iam inde a puero id ẽ iam ab ineunte etate cum videlicet adhuc pueri essemus. Dij boni exclamatio est ꝓpter paucitatem honorũ.ne.i.certe vel valde magna penuria id est magn⁹ defectus magna egestas carentia raritas est iaꝫ nobis ciuiũ illiusmodi.i.taliũ cuiusmodi est iste. Est sup.homo virtute.i.honestate vide ac fide id ẽ veritate fidelitate antiqua.i.qua antiqui pollebant.hoc est redolet suis ꝓbatis moribus antiq̃tatem.haud scio.i.non noui quid id est aliq̃d vel cape proprie nõ noui q̃d mali sit ortũ.i.acciderit publice rei scꝫ ex hoc homie:vt qui nũq̃ rei publice aliq̃ pacto obfuerit: vel dicit nescio quid mali sit ortũ rei publice ex hoc.i.quid mali impẽdeat seu immineat reipublice ex hoc viro si moriatᷣ sup. quasi sit optanduꝫ vt non moriatur.q̃.i.q̃tum gaudeo.q.d.multum:vbi id est quando:etiam.i.adhuc video reliquias id est paucos reliquos seu relictos huius generis id est tales qualis ipe est. Vah. hic est letantis interiectio:etiam nunc libet viuere:opperiar.i.expectabo hic hominẽ hegionẽ vt salutem:verbum a saluto as.i.salute impitiam eum.⁊ vt colloquar.i.colloquium familiare cum eo habeam.

quando is (q̃obrem huc veneram) rus abijt: illuꝫ curo vnum. ille ad me attinet: quando ita vult frater. de istoc ipse viderit. Sed quis illic est procul queꝫ video? est ne hegio tribulis noster? si satis cerno is hercle est: vah. homo amicus nobis iam inde a puero. Dij boni: ne illiusmodi iam magna nobis ciuium penuria est: homo antiqua virtute ac fide. haud scio mali quid ortum ex hoc sit publice: q̃ gaudeo: vbi etiam huius generis reliquias restare video. vah viuere etiam nunc libet: operiar hominem hic vt saluteꝫ et colloquar.

Hegio. Geta. Demea.



Proh dij immortales facinus indignũ. Geta q̃d narras? Ge. Sic est factũ. He. Ex illan familia tam illiberale facinus esse ortuꝫ? O eschine pol haud paternuꝫ istuc dedisti:



Proh ⁊c. Hic ꝯtinetur querimonia hegionis cognati sostrare dolentis filiam cognate adeo male ab eschino tractatam esse ac tandem vt putabant desertam ab eo esse cum tamẽ ita nõ esset. Verum ita cõijciebant multis argumẽtis falsis tamẽ. Hegio. Proh irascentis exclamatio ⁊ deorum protestatio.o dij immortales:inuocantis ẽ deinde ⁊ in testimonium vocantis ipsos deos facinus indignum id est.o factum inhonestũ ⁊ indecens.⁊ est exclamatio in vituperationem dicti quasi dicat.miror illud magnuꝫ facinus esse commissuꝫ vel aliquid tale.o geta hue cognate mee sostrate quid narras nõ interrogãtis est sꝫ admirãtis idignitatẽ facti. Ge.sic factũ ẽ vt dico.s. He.ex illan.i.ex illa ne h̃ ẽ verũ decet.q.d.non facin⁹.i.flagitiũ tã illiberale.i.tã indignũ hoie libero qualis est eschinus vl tã inhonestũ.nã qd̃ liberale est iustũ est ⁊ decens:sꝫ illiberale dedecet. Est ne ergo honestũ facinus tã illiberale.tam detestanduꝫ et seruile ac inhonestũ esse ortum id est emersisse ex illa ꝑ eminentiam.i.ex tam honesta familia ex qua ducit originem eschinus.o eschine alloquitur absentem.pol haud id est non dedisti id est perfecisti.

perpetrasti istud facinus paternum id est ex paterno exemplo vel ad exemplum patris vel permissio-
ne patris demee qui adeo honestus est. Deme. videlicet id est certe quasi videre licet sicut scilicet scire
licet: hegio audiuit de psaltria: id est de puella rapta ab eschino: id est quod dici solet hegio audiuit lo-
qui de hac psaltria in quo dicto non est addendum neqꝫ loqui neqꝫ dici: vt aliq̄ sunt arbitrati id: id est
illud factum eschini nunc dolet id est displicet illi alieno: id est qui non est de familia nostra scilicet he-

Demea: videlicet de psalteria hoc audiuit. id illi nunc
dolet alieno: parcris nihilipendit. Hei mihi: vtinam
hic prope adesset alicubi: atqꝫ audiret hec. Hegio.
Nisi facient: que illos equum est: haud sic auferent.
Geta. In te spes omnis hegio nobis sita est: te solum
habemus: tu es patronus: tu pater: ille tibi moriens
nos commendauit senex: si deseris nos tum: perim⁹.
Hegio. Caue: dixeris neqꝫ faciam: neqꝫ me satis pie
posse arbitror. Demea. Adibo. saluere hegionem plu
rimum iubeo. Hegio. Te querebam ipsum. salue. De
mea. De. Quid autem? He. Maior filius tuus eschi
nus (quem fratri adoptandum dedisti) neqꝫ boni: ne
qꝫ liberalis functus officium est viri. De. Quid est?
He. amicum nostrum noras simulum: atqꝫ equalem?

gioni. dicimus tuus casus dolet mihi et ego doleo casum tuum vel casu tuo vel ob aut propter casū tuum. is pater scilicet mitio qui est pater eschini adoptiuus ni-hilipendit. i. nō curat pro nihilo habet illud factum qđ dolet alieno. hei mihi i. ab dolore cōcutior vtinā ipse pater esset hic ꝓpe. alicubi. i. in aliquo loco atqꝫ vtinaꝫ audiret hec que dnr ab hegione. He. nisi. i. si non parentes eschini et eschinus facient ea que equuꝫ est. i. iustū ē et decet illos facere haud. i. nō auferēt. sic. i. nō ita leuiter abibunt seu euadent aut remanebunt siue non ita subducent culpam neqꝫ eā operiēt silentio. nam de ea re nō sum taciturus, ⁊ hec omnia loquitur hegio cū geta. nondū enim aiaduertit demeam. Ge. o hegio oīs spes est nobis sita. i. posita collocata ī te habemus te solum in quo spem reponamus. tu es patronus: id est defensor. est aūt appellatio et nomen temporale ab honesto: tu es parēs: id est tanꝗ pater cui cure sumus ⁊ est nomen amoris a iusto. ille senex scilicet pater puelle marit⁹ sostrate. s. simulus moriēs id est cum moreretur essetqꝫ in mortis articulo quando sola vera et ingentia dicuntur commendauit nos tibi. si tu deseris id est derelī-quis nos. inde desertores milites dicuntur qui deserunt patriam quam debent tutari. si ergo tu dese-ris perimus id est perditi sumus. He. caue dixeris id est caue ne dixeris me deserturum esse vos: quo-niam neqꝫ faciam id est non deseram vos neqꝫ arbitror me posse facere satis pie id est quin videri pos-sim impius. nam pij debemus esse in parentes in sanguine nobis iunctos aut necessitudine. precipue autem pij esse debemus in deum. De. adibo eum id est ibo ad demeam deinde salutat iubeo id est volo precedens pro sequēte. nam iubemus que fieri volumus. iubeo ergo plurimū hegionem saluere: id est saluum esse et incolumem. aut iubeo eum salutari. nam cicero inquit. et saluebis a meo Cicerone. salue-bis inquit pro salutaberis. He. o aduerbium optantis querebam teipsum. o demea salue: id est saluus sis: ⁊ talis est responsio qualis aggressio seu inceptio De. autem id est sed quid est sup. aut quid agitur quid dicitur. He. filius tuus maior: quia tantum duo hei erant ideo maior inquit scꝫ eschinus quem de-disti fratri adoptandum id est assumendum in filium neqꝫ id est non est functus officiuꝫ. oratores dice-rent officio in ablatiuo nō est ergo functus officiū viri boni nec liberalis. Dona. ponit eā dr̄iaꝫ. nā bon⁹ inquit hic intelligitur qui nemini nocet. liberalis vero qui alijs ꝓdest. vel bonus dr̄ q̄ nō peccat: sꝫ libe-ralis qui nō peccat etiā in ꝟbo. sꝫ he dr̄ie nō semꝑ obseruātur. nā vt Cicero ⁊ valerius inquiūt. bonus ī-numerabilib⁹ officijs ꝯtinet. cuiusmodi aut raꝝ aut nullū purū hoīem inuenias. De. q̄d istud ē qđ dicis declara liquidi⁹. He. noras. i. cognoscebas hū simulū amicū nr̄m atqꝫ equalem. i. multum nr̄i similem.

De. Quidni? He. filiā eius virginē viciauit. De. He.
He. mane nondum audisti demea: quod est grauissi-
mum. De. An quicq̄ est etiā āplius? Megi. Vero am
plius hoc quidem ferendum aliquo modo est. persua
sit nox: amor: vinū: adolescētia: hūanū est. Ubi scit fa
ctum: ad matrē virginis venit ipsus vltro lachrymās:
orans: obsecrās: fidem dans: iurans se illam ductu-
rum domum: ignotum est: tacitū est: creditum ē. vir-
go ex eo ɔpressu grauida facta est: mēsis decimus ē
Ille bonus vir nobis psaltriā (si dijs placet) parauit; qui
cuz viuat illam deserat. De. pro certon tu istec dicis?
He. mater virginis in medio est: ipsa virgo: res ipsa:

De. Quidni .i. cur nō bene norā eum cū fuisset mihi amicissimus. He. eschin⁹ viciauit .i. stuprauit; deflo
rauit filiā eius virginē. De. hem interiectio est vehementer irati vt qui hoc nondū audierat. He. mane
q̄ alter se cōmouebat adeo vt audire eū non potuisset. o demea nondū .i. nō adhuc audisti id vitium qd
est grauissimum .i. enormissimum et ferendum grauius ceteris eius flagitijs. De. an .i. vtrū quicq̄ .i. ali
quid est amplius .i. maius et vltra id qd tetigisti. He. vero .i. certe est aliquid amplius. nam quidem: id
est certe hoc videlicet quod ipse
fecit in virginez amore impulsus
est aliquo modo ferendnm id est
tolerādū nox id est tēporis opor
tunitas. amor: id ē ardor ꝛ furor
amoris. vinū idest violētia. nā vt
inquit Vir. Bacchus ꝛ ad culpā
causas dedit. ꝛ valerius. Proxi-
mus a libero patre ad īconcessā
venerem gradus est adolescētia
id est iuuenilis etas que lubrica
persepe est psuasit id ē ipulit ad
id faciendū quod fecit id sup. est
humanū id est ab humana fragi
litate incitatum vbi id ē quando
eschinus scit .i. intelligit sentit se
peccasse vim afferēdo ꝟgini ipse
venit ad matrē virginis .s. sostra
tā vltro id ē spōte sua venit non
ɔpulsus lachrymās id est flens
orās obsecrās id ē per sacra ro
gans quod plus ē q̄ orans dans
fidem .i. sancte promittēs; iurās
se eschinū ducturū; domum illam
puellā id est se capturum eam in
vxorē. nā marit⁹ ducere solet do
mum suam vxorem cuz eā sibi co
pl'atā cōiugio habuerit. ignotum
est ab ignoscitur ignoscebatur verbo īpersonali idultū est si liceat ita dici cū potius indulgeo futura re
spiciat non preterita. ignotum est igitur ei scz eschino propter ea quia sic orabat. tacitum est a tacetur
tacebatur id est nihil est reuelatum silentium seruatum est: creditum est ei scilicet hoc est confisuz est ei:
Virg. O formose puer nimiū ne crede colori id est confide. vel creditum est ei id est fides est habita su
is pollicitis. virgo facta est grauida ex eo compressu id est ex ea compressione virginis hic mensis est
decimus ex quo eschinus cōpressit eā et iam ipsa parturit et puerperio laborat. Ille vir bonus p iro
niam qui deberet esse cum non sit .s. Escinus parauit id est acquisiuit ꝛ superinduxit nobis .i. ad nostrum
dolorem et decus psaltriā illam puellam quā abduxit a lenone si dijs placet ad inuidiā .i. maliuolentiā
consiliandam hoc interposuit. q. d. id fecit deos offendendo per quos iurauit se ducturaz nostram filiā
domum vt dictum est. parauit inq̄ nobis psaltriam qui cū .i. cū qua ablatiuus est qui feminini generis
viuat id est vitam agat ꝛ deserat id est desertā reddat illā filiā Simulti amici nostri quaz cōpressit. De.
pro. certon .i. pro certo ne hoc est vtrum dicis istec facinora eschini pro certo id est pro vero et explora
to seu pro re certa et explorata. He. mater virginis scz sostrata est in medio .i. presto est ꝛ in aperto testi
ficatur de hac re. et bene dixit in medio quasi retineri mater non potuerit quin ꝓdiret in mediū hoc ē
in lucem siue in apertum et crimē eschini ꝓmulgaret seu proderet. Deinde subdit. virgo ipsa id ē virgo
met; stuprata et grauida ē inq̄ in medio .i. in luce et quasi non delitescens nec absconsa sed facilis inuen
tu cum testimonio opus erit. ꝛ ideo est in medio significat est in promptu: est presto. res ipsa .i. ipm cri
men seu pondus vteri exactis ad pariendum mensibus est inq̄ in medio id est in promptu est in aper
to est presto est. quod enim est in medio loci alicuius non est absconsum vt in corona hominum sedentiū
qui stat in medio circi: multum est in luce ꝛ promptu. Inde ventum est vt dicamus prodire in mediuz:
collere aliquem de medio. quod posterius significat remouere aliquem de hac luce interficiendo eum.

preterea.i.preter ea que dicta sunt.hic geta presens nō malus.i.bonus ⁊ fidelis.nō iners.i.nō sine arte imo solers ⁊ industrius vt.i.q̄tum captus.i.capacitas seruorum est.Et declinatur hic captus captus,hoc ē q̄tam serui habere psit capacitatē bonitatis ⁊ artis.vel quātum se hȝ ꝯditio seruorum seu sm ꝙ serui possunt ac solēt esse boni fideles et solertes.hic ergo geta talis vt dictū ē:in q̄ ī medio vt testificetur de hac re si sit opus ꝙ sit bonus et solers liquido constat hac re ꝙ ipē alit id est nutrit illas matrem et filiam querēdo victum vnde hevivant.ipē solus sustentat.i. fouet.⁊ qd barbare dici solet.itertenet omnem familiā id est totā domū seu totā rē domesticaȝ et familiarē.O demea abduce pro abduc i. rape tecum etiam si nolit hunc getaȝ in aliquem locuȝ vbi tu possis etiam ꝑ tormenta extorquere veritatem. vinci:id est liga a vincio is.Est enim scd̄a imperatiui ꝑsona quere: id est pete per questiones q̄s vt in iure habetur titulo de questionibus sepe comitantur tormenta.⁊ ideo quere rē i.inquire veritatē ab eo etiam ꝑ tormēta.Ge.Immo i.sed hercle extorque aptius dixit ꝙ iubebatur per verbū quere.i.torquēdo me elice veritatē.nam torquem⁹ hoīem extorquem⁹ veritatē. nisi ita factum est vt ipse dicit hegio meo relatu. Postremo i.deniq̄ ipse eschinus non negabit. cedo id est dic hoc facinus coram ipō eschino et videbis euȝ non negaturum.De.pudet me scilicet:id ē pudore afficior ob tam indignuȝ et turpe factum: nec scio quid agam id est agere debeaȝ.nec scio q̄d respōdeā.i.debeam respōdere huic hegioni. Ge.Pāphila filia sostrate ꝑturiēs clamat itus.

hic geta preterea vt captus est seruorum non malus ne
q̄ iners alit illas: solus oēm familiam sustētat: hunc
abduce: vinci quere rē. Get. Immo hercle extorque:
nisi ita factum est. Demea. Postremo nō negabit: co
rā ipso celo. De. Pudet: nec quid agā: nec q̄d huic re
spodeam: scio. Ge. Intus clamat pamphila.

Pamphila: Hegio:
Geta. Demea.

Miseram me differor doloribus iuno lu
cina fer opem serua me obsecro. Hegio.
hem numnam illa queso parturit? Geta.
Certe hegio. Hegio. hem illec fidem nunc nostrā im
plorat. Demea. quod vos ius cogit: id volūtate impe
tret: hec primum vt fiant: queso deos vt vos decet.

Miseram me ⁊c.Hic hegio ostendit demee se offensurum etiam ad morteȝ vsq̄ cognati sui defuncti filiam seq̄ non commissurum vt ita res eiusmodi auferatur sed acturuȝ in iudicio et qd equum efficiatur.Pā.Miserā me.interiectio dolētis.Fungitur hoc dictum vice īteriectionis.s.ē me miserā seu fateor aut aliq̄d tale.differor.i.diuellor discrutior dilanior dolorib⁹ ꝓpter dolores ꝑtus.o iuno lucina.i.lucē prebēs natis:q: p̄es ꝑturiētibus opē.i.auxiliū ꝑtui siue nascēti vt salu⁹ fit obsecro serua me parturientem vt euadam ex hoc puerperio salua.He.nūnaȝ.i.nūquid.nā enī est adiectio sylabe queso nūquid illa parturit.Get.o hegio certe.i.vere parturit.i.in puerperio laborat.Parturire enī ē partum desiderare.He.Hem interiectio comparētis.o demea illa est:id est illa ipsa nūc implorat i.cum ploratu rogat poscit nostram fidem:id est nostrum auxiliū.nā fides interdū capit̄ pro ope seu auxilio:vt in eo dicto dij vestram fidem Implorare est aliquem in malis positum cum ploratu rogare.Deinde rogat hegio vt res id est connubiū fiat sine coactiōe.Ipsa pamphila impetret.i.assequatur voluntate vestra.i.bono aīo vestro et cum beniuolētia vestra id.s.cōiugium cum eschino.quod coniugium ius.i.equitas legū.s.cogit vos vt.s assequat̄:vel cōdit vos facere vel cōplere primū.i.imprimis queso.i.rogo deos vt hec q̄ peto fiāt vt.i.quēadmodum id sup.scȝ vt hec fiāt decet vos.i.ē vobis honestum.alij habent vobis:⁊ tunc est antique dictum quod tamen frequēs ē.apud comicos et precipue apud plautū.quod Do.dicit esse grece dictum

Sin aliter animus vester est.ego. Demea summa vi
defendam banc:atq; illum mortuum:cognatus mi/
bi erat. A pueris paruuli sum⁹ educati vna semper mi
litie: et domi fuimus.: paupertatem vna pertulimus
grauem:quapropter enitar:faciem:experiar:deniq;
aiam relinquā poti⁹:q̄ illā deseram:quid mibi rn̄des?
De.fratrez ꝯueniā begio.is qd mibi de bac re dede/
rit cōsiliū:id seq̄r. He.sed demea tu facito:tecū aio co
gites:q̄ vos facilime agitis:q̄ estis maxie potētes:
dites.fortunati:nobiles:tā maxie vos equo aio equa
noscere oportet:si vos vultis probiberi probos: De.
redito.fient(que fieri equum est)omia. He.. Decet te
facere:geta duc me intro ad sostratam. Deme.nō me
indicēte bec fiūt.vtinā boc sit mō defunctū.verum ni/
mia illec licentia profecto euadet in aliqd magnum

Sin.id est sed si minus vester est aliter.i.si aliter vultis sc; vt bec nō fiat.o demea ego begio defendā; banc puellam summa vi id est summa ope summa potentia et viribus omnibus ⁊ defendā illū cognatū meū simulum mortuum:id est qui mortuus est.et bene.nā in liberis parētes defuncti videntur viuere ac defendi cum liberi defenduntur ipse mortuus erat mibi cognatus.i.gētilis me⁹ de cognatione mea nos paruuli.i.cum essemus adbuc puuli educati sumus.i.nutriti sumus vna:id est simul a pueris.vice aduerbij ponitur.quo caremus id est ab ineunte etate.ab icuna/bulis ipsis.a teneris annis.a te neris vt greci dicunt vnguiculis a primis tēporibus etatis. Alij babēt a pueris puulis: sed i idē redit fuimus.i.ꝯsati sum⁹.semp vna:id est simul militie.i.belli.et ponit in gtio aduerbialiter ⁊ do mi id est pacis tpe.qui etiā gtūs aduerbialiter ponit.pertulimus id est passi sumus paupertatem grauem id est molestam ⁊ grauā/tem nos vna.i.simul quapropter id est propter quas res nitar:id ē moliar conabor:nec solū cona/bor sed re ipsa faciam. sed quid faciam vult intelligi vlturum esse in iudicio illam iniuriam experi/ar:id est agam et prosequar ius puelle in iudicio. Sepe enim in/uenire fas est experiri pro agere in iudicio. Deniq; ad extremum potius relinquam animam id est moriar.et est quod dici solet.mo riar in pena vel in prosecutione: potius.q̄ deseram illam puellā. Demea quid respōdes mibi id ē quid secundo seu posteriore loco dicis. Respondere proprie dicit cum lis intenditur. Est eni respō dere priorez alloqui:quasi respō dere sit verba fundere.vt fundit ꝯbas ore querelas. Respon/dere est posteriore loco dicere.bec Dona.De.o begio conueniam id est alloquar fratrem scilicet mitio/nem ego sequar:id est tenebo et imitabor id consilium:quod consilium is frater dederit mibi de bac re: id est de boc negocio. He.sed o demea facito boc quod sequitur videl; vt cogites tecum animo tuo boc qd seq̄tur:silicet q̄. q̄ id est q̄tum vos agitis.i.viuitis[nā agere vitā viuere est]facilime id est sine ma/gno labore:q2 ē vobis abūde vnde viuatis et q̄ id est q̄tum estis maxime id est valde potētes ⁊ dites id est diuites ⁊ fortūati:id est felices.ac fortunis affluentes vobisq; fortuna risit: ⁊ q̄ maxime estis no/biles tam id est tantū maxime oportet vos noscere id est intelligere equa: id est ea que sunt iusta et ꝯm equitatem equo animo id est prompta voluntate si vultis vos perbiberi id est iudicari bonos id est ne/mini iniuriam facientes.De.redito.i.reuertitor.noli prosequi in itinere incepto quo te conferebas ad mitionem ⁊ escbinum:omnia que equū est fieri fient. He.te decet: id est tibi ē bonestū facere vt omnia fiant que equa sunt. Conuertit sermonem ad seruū.geta duc me ad sostratam.De.bec flagitia non fiunt ab escbino me indicente.boc est me iubente aut consentiente. Indicere proprie dr̄ de bellis quasi bel/lum denunciare.vtinam.i.quod dicunt placeat deo et babet vim desperandi q̄ boc negociū seu flagitiū de violatione ꝟginis sit defunctum.i.finitum vltimum post qd nō sit aliud:ita vt escbin⁹ non vlteri⁹ pec/cet seu peiora committat.verum.i.sed bec nimia licentia que datur illi a mitione.ꝑfecto.i.certe euadet

id est q̃si ꝑ abrupta ⁊ ardua veniet in aliqđ magnū malū: ibo. i. ꝑgā vlteri⁹ ⁊ exq̇rā. i. diligēter inq̇ram fratrē mitionē vt euomā. i. effundā eijciā h̄ flagitia in eū. i. ꝯtra eū: vt pote q̄ me egrū faciūt q̇bus me le uabo cū lāguor iste eiect⁹ erit. Nā euomā dicit ꝑ trāslationē certo certi⁹ ē. He. o sostrata fac sis bono aīo. i. da opam vt tu habeas bonū aīm ⁊ fac ꝙ sup. ꝯsolere. i. ꝯsoleris istā filiā tuā: qđ. s. ꝯsolari eaȝ po tes facere. h̄ aūt dixit hegio postea ꝗ̄ ꝑuenit ad sostratā: ego ꝯueniā. i. alloquar mitionem si est apud forū an venale an cāp⁹ incertū ē. atq̧ narrabo. i. recitabo ordie. i. ꝑ ordinē: vt. i. quo mō res gesta est. i. totū negociū ꝓcessit. Si ipe mitio ē facturus. i. facere velit: vt. i. ꝙ officiū suū sit. i. đbitū suū constet appareat exter. faciat id sup. qđ petā: sin. i. ſȝ si sententia ei⁹ mitōnis ē aliter đ hac re: ita vt non velit parere petitis rñde at mihi. i. det mihi responsum vt sciam ꝗ̄primū. i. citissē mature. q̇d agam. i. q̇d agere debeam. si vis etiam subiunge ꝗ̄primū ver bo agam.

malū. Ibo: et requirā fratrē: vt in eum hec euomam.
He. Bono animo fac sis sostrata. et istaȝ quod potes
fac cōsolere. Ego mitionē (si apud forū est) cōueniaȝ:
atq̧ vt res gesta est narrabo ordine: si est facturus: vt
sit officiū suū faciat: sin aliter de hac re est eius sentē-
tia: respondeat mihi: vt quid agā: ꝗ̄primum sciam.

Ctesipho. Syrus.



An patreȝ hinc abisse rus? Sy. Iādudū.
Cte. Dic sodes. Sy. Apud villā est: nūc
aūt maxie aliq̇d operis facere credo. Cte. Utinā qui
dē (qđ cū salute ei⁹ fiat) ita se defatigari velim: vt tri
duo hoc ꝑpetuo ꝓrsus e lecto neq̄at surgere. Syr. Ita
fiat: ⁊ istoc (si q̇d potis ē) rectius. Ct. Ita. nā hūc diē
mi syre nimis cupio (vt cepi) ꝑpetuū i letitia degere
⁊ illud rus nulla alia cā̄ tam male odi: nisi q̧ ꝓpe est.



venerā aduocat⁹.i.intercessor futur⁹ ⁊ auxiliari seu defendere patus.sed.o eschine q̄d ista facta et ista
negocia intersunt sup.nostra in abltio feminino.i.q̄d ad nos spectāt.aut q̄d est nobis cū illis.i, quid ne
gocij quid cōmercij habemus cū illis:atq̧ qd̄ dici inepte solet quid habem⁹ agendū de illis mulieribus
⁊ negocijs suis habeam⁹.i.disce
damus.vt nūc hoc dixit aīaduer
tit repente eū flentē.tūcq̧ subiun
xi quid est quid.i.cur lachrymas
id est fles.Esch.o pater obsecro
ausculta id est audi.Mi.non est
passus pater filiū torqueri in cō
fitēdo crimine suo.ppterea inq̄t
audiui omia noli detegere ⁊ non
soluz audiui sed scio oīa quo mo
do se habeant.nā amo te quo id
est quare.s.quia te amo.vel quo
p quāto.sed melius ē vt capiatur
qua re ea q̄ agis sunt magis mi
bi cure.Esc.velim.i.volo vtinā.o
pater ita ames me pmerentē:id
est bene merētē ⁊ dignū qui a te
amer.nā pmeremur bona tm̄.dū
id est q̄diu viuas vt.i.sicut id qd̄
sequit scz me admisisse in me id ē
committēdo recepisse in me hoc
delictū de virgīs stupro.dolet ve
hementer mihi.i.mihi maximo
dolori.siue affert mihi dolorem
maximū ⁊ ita inq̄ me ames vt.i.
sicut me pudet tui.i.ppter te qm̄
pudore afficior q̄ sim tibi cā pu
doris:qz aliq̄d.s.infamie mea cā
contraxeris propter crimē meū
Mi.hercle credo te pudere fa
cti et mei.nāq̧ noui.i.cognosco i
geniuz tuū.i.naturā tuā esse sup.
liberale id est bonum quia libera
lis est bonus.sed vereor id est ti
meo ne:id est pro q̄ sis nimium
indiligens:id est incurius negli
gens.tandem:id est sine multis verbis responde vel considera.Nam hic tandem habet quiddā vrgēs
et accelerans.Donatus vult capi pro tamen.in qua ciuitate id est in qua communitate arbitrare id est
putas te viuere.viuis enim in ciuitate atheniensi vbi legib⁹ viuitur.Viciasti.i.stuprasti ⁊ corrupisti v
ginē ciuē:quā virginem ius non erat.i.non licebat te tangere qd̄ sine cōparatione min⁹ ē q̄ stuprare.
iam primū.i.iprimis id peccatū ē magnū.i.est enorme.attamē.i.sed tn̄ ē humanū.i.a fragilitate huma
na defluxū que varijs luditur concupiscētijs sepe.i.plerūq̧ alij boni nō tunc cū facerent sed alias fece
runt itē.i.similiter vt tu idē ē sed postq̄ id euenit id est contigit tibi hoc facer cedeo.i.dic nūq̄d id ē,nun
quid aliq̄d circūspexisti.i.cōsiderasti tanq̄ pn̄s.Circunspicimus tanq̄ pn̄tia prospicimus futura.aut
nunquid tu te:id est tumet,pspexisti tibi.i.prouidisti tibi tanq̄ de futuro videlicet,q̄d fieret.i.factu bo
num esset quomodo.i.qua ratione qua via:id est quibus adminiculis quibus psonis fieret illud quod
esset faciendum,si teipm puduit dicere mihi qua id ē p quos:vel qua.i.qua re q̄ via qua rōne rescisce
rem id est.cognoscerem quod feceras,nunq̄d inq̄ circunspexi quod te facturum putares dum te ita pu
debat.dum:id est q̄diu dubitas:id est non audes hec dicere mihi decem menses abierunt.i.fluxerunt

ridicule:aduorsum illū causam dicerem:cui veneram
aduocatus?sed quid eschine nostra:aut quid nobis
cum illis?abeamus:quid est?quid lachrimas?Esch.
Pater obsecro ausculta.Mitio.eschine audiui om
nia:et scio.nam te amo.quo magis q̄ agis:cure sunt
mihi.Eschi.ita velim:me promerentem ames:dum
viuas mi pater:vt hoc me delictum admisisse in me
id mihi vehementer dolet:et me tui pudet.Mi.cre
do hercle.nam ingeniū noui tuum liberale:sed vereor
ne indiligens nimiū sies.In qua ciuitate tandē te ar
bitrare viuere:virginē viciasti:quā te ius nō fuerat tā
gere.iā id peccatū primū magnū at humanū tn̄.fece
re alij sepe itē boni.at postq̄ id euenit cedo.nūq̄d cir
cunspexisti?aut nunquid tute prospexisti tibi quid fie
ret?qua fieret?si te ipsum mihi puduit dicere qua re
scisserem?hec dum dubitas menses abierunt decem

prodidisti id est decepisti te et illā puellam miseram:et prodidisti id est decepisti natū id est filiū quē ex ea sustulisti quod quidem in te fuit.i.q̄tum ad te spectauit.hoc est decepti estis tu ⁊ gnatus ⁊ mater tm̄ q̄tum poteratis decipi per tuam negligentiam:q2 q̄tum ad te spectauit oīo officiū tuū defuit.⁊ est elegans dicendi modus:vbi quis diceret quātū potui et debui adiuui eū.elegātius sic.Quod quidē in me fuit adiumētū illi suppeditaui.Sil'r vbi dici solet quātū potuisti pauperē me reddidisti.elegantius sic.Quod quidez in te fuit ad inopiam redactus sum Similiter h' quod in te fuit id est quātum potuit fieri per tuā indiligentiā proditus es.item mater item natus ex ea. Quid modus est interrogandi et melius est vt fiat hic distinctio ac deorsum legatur.Credebas deos confecturos id ē adplenuz facturos hec.i.vt tibi crimen ignosceretur et cōnubia trāsfigerentur et credebas illaz puellam deductum iri. futurum infinitum passiui.i.deducēdam esse id ē credebas q̄ illa duceretur ī futuro tibi dormiēti i.cessanti.⁊ non vigilāti in tuis negocijs.⁊ ō duceretur ergo domū aduerbialiter ad locum et in quā partē domus.in cubiculum.i.in cameram in qua dormire soles:⁊ que vxor habita diceretur thalam⁹ in quo est lectus genialis.Credebas in q̄ vt hoc fieret sine tua opera id ē sine tuo labore et sine tua industria ac diligentia.Noli id est nō volo te esse socordē.i.īprudentē improuidū incōsideratū ignauū ceteraz rez i.ī alijs reb⁹ et negocijs eodez mō quo.s.fuisti in hoc

Prodidisse te atq3 illam miseram : et gnatum : quod quidem in fuit.Quid?credebas hec dormienti tibi cōfecturos deos:⁊illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum ? nolin te ceterarum rerum socordem eodem esse modo.Bono animo es deduces vxorem hanc.Eschi.Hem.Mit.Bono animo es inq̄.Eschinus.pater obsecro num ludis tu nūc me?Mi.Ego te?q̄obrem.Eschi.nescio.nisi quia tam misere esse cupio: verum ideo vereor magis.Mi.abi domū ac deos precare.vt vxorē accersas .abi.Eschi.Quid iam ne vxorem ducam?Mi.Jam.Eschi.Jam?Mi.Jam.quantum potes.Eschinus.Dij me pater omnes oderint:ni magis te q̄ ocul os nunc amo meos.

negocio.Secors.dr̄ q̄si seorsuz aut semotū a corde.i.vel a fortitudine ⁊ audacia vel a prudētia.Naz cordati hoīes dicūtur sapiētes aut prudētes ꝓpterea secordes nō īmerito dr̄r īprudētes.Et q̄ñ inter.h' dicēda flebat eschinus ideo subdit securitatem.es.i.sis scd̄a ꝑsona impatiui singularis.bono animo id est habes bonum animum:et quod dici solet facias bonum vultum:duces hanc puellam vxorem id est habebis eam in vxorez.Eschi.hem hec interiectio emissa est a singultiēte fletu ⁊ gaudio. Mi.inq̄.i.dico tibi es.i.sis bono aīo.Eschi.o pater obsecro te nū.i.nūquid q̄si ꝓpter negatiuaz respōsionē.tu ludis ī illudis.derides me:ludificas me tuis verbis nunc quasi prius nō luseris.Mi.Petis vtrū ego ludaz te:q̄obrē.i.quare luderē te:vel quare petis.Eschi.Nescio qua rōne non credo tibi.Ideo.i.eā rē ob magis vereor.q2 cupio tam misere id est tam nimis vel vehementer vel obnixe dictū tuum sup.esse veruz vel quia cupio tam misere verum esse me illam ducturum vxorem.Misere interduz capitur pro valde et quidem vbi est aliquid miserie.vt in cupiente nimis est passionis aliquid qđ est aīo molestum.naz eē nimis a virtute recedit.Mi.abi domū ac cōprecare deos.i.preces effūde dijs.tāq̄ ante sit res diuina facienda deinde vxor accersenda.vt accersas id est aduoces.venire facias ad te vxorē.Deinde q̄si herenti eschino et moranti repetit abi:id est fac qđ est tibi iam dictum.Eschi.quid modus interrogādi.iā ne.i.vtrū iam nunc ducam vxorē.Mi.Jam id ē nūc duces vxorem.Eschi.iam.i.nunc duc ducam q̄si p̄ gaudio tāte sue felicitatis sepius repetit.Mi.iam nūc duces quātū potes.i.cito ⁊ q̄ celerrime fieri poterit a te.Vel potest referri ad id qđ pri⁹ dixerat abi et tunc ē sēsus.abi inq̄ q̄tuz potes.i.q̄ celerrime potes abire.vel quātū pōt a te fieri vel a te abiri et abscedi ꝑ impsonale ṽbum.Esch.o pater dij omnes oderit.i.odio hēant me h' eni ponit' pro odiant si hēremus.ni.i.nisi ego mag' amo te nūc q̄ oculos meos

Mi.quid:modus interrogādi.amas sup.me magis ꝙ illā pāpbillā.Esc.eque.i.ita equaliter te amo ac
ꝙ illā.Mi.perbenigne i.valde benigne seu valde large ꝓlixe ac liberaliter me amas si illā eque quātū
ad tuū amorē in me ⁊ eam.Esch.Quid:mod⁹ interrogandi vbi ē ille milesius.i.vir ille de mileto qui ad
eā ducēdā venerat.Mi.Abijt.i.dicessit perijt.i.multū ꝑdit⁹ fuit mente ac saucius in corde vt cognouit
te illā ducturū accēdit nauē qua veheref miletū.sed cur cessas.i.moraris cunctaris tardas nec mihi ob
sequeris abeūdo et deos cōpre-
cādo vt accersas vxorē.Esc.o pa
ter abi discede tu potius ꝙ ego
cōprecare deos precibus.nā cer
to scio eos deos magis obtēpe-
raturos id ē morē gesturos tibi.
quo id est ꝙto es vir multo meli
or ꝙ ego.Mi.ego eo intro in do-
mum vi ea que sunt opus:id est
q̄ sunt requisita et necessaria ad
nuptias parētur.i.apparenf.Di
cim⁹ h̄ sunt mihi op⁹ post ē mihi
his rebus vt satis ē manifestum
tu eschine fac vt dixi si sapis.Es.
admiratur eschinus benignitatē
patris pariter et laudat. Quid
hoc negocij est.i. quid sibi vult h̄
negocium admirando dicit.cum
totum negocium inter patrem et
filium agatur ita benigne.hoc sci
licet quod pater erga me facit est
id est significat ne ipsum supple
esse patrem:id est vti seueritate
patris.q.d.nō cū benignitate so-
dal' potius vtatur:aut hoc quod
scilicet ego facio ita familiariter
agendo cum patre.est ne:id est
vtrum significat me esse filiu3:id
est vti timore filiali quo solent an
gi filij apud parētes de vitijs re
sponsuri si pater meus esset fra-
ter aut sodalis id est couictor pa
ri familiaritate vtens et qui sole-
ret velut familiaris socius mecū
in mensa victitare.qui id est quo modo qua ratione qua re magis morem gereret id est magis compla-
ceret ꝙ ꝯplaceat.Non.i.nonne.q.d.sic.hic sc3 pater talis est amandus.i.amore dign⁹.hiccine.i.vtrum h̄
pater non est gestandus id ē fouendus portandus in sinu.i.inter brachia si quādo debilitate confectus
egeret vt portaretur qui cum sit talis dignus est qui gestari deberet in amplexu brachiorꝫ hem:inter-
iectio admirantis vel anxij ac timentis offendere.itaqꝫ:id est et sic sit sint duo verba vel ideo si vnum
iniecit mihi.i.incussit irrogauit mihi adeo.i.valde magnā curam.i.sollicitudinē sua cōmoditate sua op
portunitate sua mititate ac benignitate sua bonitate et clementia ne.i. ꝙ non faciam in optatiuo forte
i.casu aliquo imprudēs.i.ꝑ iprudētiam id sup.quod nolit me facere ego sciens.i.aīaduertans ⁊ atten
dens cauebo.i.prouidebo ne quid faciam qd nolit.sed cesso.i.nimis tardo ire intro et ideo celeriter va
do ne.i.vt nō egomet sim mora.i.sim retardatio meis nuptijs.

Mi.Quid:ꝙ illā:Esc.eque.Mi.perbenigne.Esc.
quid:vbi ē ille milesius:Mi.abijt.perijt:nauē ascē
dit.sed cur cessas:Es.pater.abi.tu potius deos cō-
precare.na3 tibi eos certo scio (quo vir melior multo
es:ꝙ ego)obtꝑaturos magis.Mi.ego eo intro:vt q̄
opus sunt parentur.tu fac:vt dixi:si sapis.Esc.quid
hoc negocij est:hoc est patrem esse aut filium esse:si
frater aut sodalis esset:qui magis morē gereret:hic
nō amādus:hiccine nō gestād⁹ in sinu ē:hē.itaqꝫ ma
gnā mihi iniecit adeo sua cōmoditate curā.ne forte i-
prudēs faciā:qd nolit sciens cauebo.Sed cesso ire in
tro:ne mora meis nuptijs egomet siem.

Demea.



Efessus sum ābulādo:vt syre te cum tua
mōstratōe magn⁹ ꝑdat iuppit ꝑreptaui



Efessus ⁊c.Hic demea quē instituerat syr⁹ vt quereret fratrem per vrbē tot⁹ defessus
hic ꝯquerif de syro ꝙ non significate mōstrauerit locū in quo esset frater.De.solus an
belās hic demea secū loquitur.Defessus.i.valde fessus sum ambulando vt.i.vtinā.o sy
re magnus iuppiter perdat.i.destruat te cum tua monstratione.ego perreptaui:id est
lento passu incessi quia senex.per totum oppidum id est per totam vrbem athenarum

vsq̃.i.ↄtinue sine vlla intermissione laboris:nullaq̃ quiete interiecta: vel vsq̃ ad portã vsq̃ ad lacũ que mihi dixerat syrus.quo.i.in quẽ locũ vrbis nõ ꝑreptaui inq̃.vel sic dicas:quo.i.in quo loco vrbis sc3 ad portam ⁊ lacũ nõ erat neq̃ vlla fabrica.i.officina fabri neq̃ quisq̃ hõ aiebat se vidisse fratrẽ mitionem.⁊ h̃ mõ astruendo tres negationes nõ plus efficiunt q̃ due. Uero.i. sed nunc certũ est mihi.s. i.deliberatum est apud me ⁊ decretũ obsidere.i.sedere tanq̃ in aliqua obsidione domi.i.in domo fratris vsq̃.i. assidue ↄtinue donec i.quousq̃ frater redierit.i. sit reuersus.⁊ bñ obsidere inq̃t: tanq̃ iratus sit fratri ⁊ repente eũ aggressurus cũ primũ venerit.Reptare signat tarde icedere seu lento passu ãbulare vt faciũt senes amplius ingredi nõ valẽtes.tardus enĩ incessus nõ pambulatio sed perreptatio dici debet.

vsq̃ omne oppidum ad portam: ad lacum.quo non? nec fabrica illic vlla erat: nec fratrem homo vidisse se aiebat quisq̃. nunc vero domi certum obsidere est vsq̃ donec redierit.

Mitio. Demea.

Ho illis dicam nullã esse in nobis morã. De. Sed eccum ipsum te iamdudũ quero mitio. Mi. Quidnam? De. Fero alia flagitia ad te ingẽtia boni illius adolescẽtis. Mi. Ecce autem. De. Noua: capitalia. Mi. Ohe iam? De. Ah nescis qui vir sit. Mit. Scio. De. Ah stulte: tu de psaltria me somnias agere? hoc peccatum in virginem est ciuem. Mi. Scio. De. Eho scis et patere. Mitio. Quidni patiar? De. Dic mihi: non clamas? non insanis? Mi. Non (malum) quidem. Deme. Puer natus. Mitio. Dij bene vortant. Deme. Uirgo nihil habet.



Ho illis ⁊c. In hac scena ẽ exẽplũ itempestiue obiurgatõis ⁊ ꝑ h̃ ridicule. Mi. Ihoad sostratã dicã illis matri ⁊ filie nullã esse morã in nobis me ⁊ filio. De. cõstituerat diu illic domi obsidere sz interea vidit fratrẽ dixitq̃: sz eccũ.i.ecce hic ꝓpe ipm fratrẽ.o mitio q̃ro te ⁊ nõ q̃ro ꝑ te.i.iãdudũ.i.ex multo añ tpe. Mi.q̃dnã i.cur q̃rebas me. De.fero.i.affero ⁊ in pectore gesto recondita alia flagitia igẽtia.i.enormia illius boni adolescẽtis.boni dixit ꝑ ironiã quẽ flagitiosissimũ itelligat. Mi aũt.i.sed ecce.i.adest repẽtinũ malũ ⁊ turbatio gaudij. Ecce dr̃ cũ repẽte aliq̃d triste rebus interuenit letis aut certe qñ cũ aliud agit̃ aliud emergit nouũ. De. Fero iq̃ flagitia noua.i.recẽtia vel mira seu magna ⁊ capitalia i.ꝓpt̃ q̃ q̃ admisit dignus sit capite plecti. Mi.ohe.interiectio ostẽdens tediũ afferri:iã.i.nunc desine.i.desiste ista inculcare ⁊ loq̃. De: ah interiectio dolentis.nescis qui.i.qualis vir sit. Mi.scio qui vir sit. De.ah.hic quasi ridẽtis ẽ.o stulte.i.inconsiderate tu somnias me agere.i.loqui de psaltria que fuit rapta a lenone.h̃ peccatum.i. flagitium h̃ q̃d fero est.i.extat in virginẽ.s.erga vel ↄtra virginẽ ciuẽ:acticã.s. ac ꝓpterea graue ⁊ capitale per leges. Mi.scio etiã illud. De.eho.interiectio irascẽtis.nũc enĩ mitioni irascit̃ nõ solũ eschino. Scis i.cognoscis illud flagitiũ esse factum ⁊ patere.i.pateris seu pmittis ⁊ fers.q.d.non deberes. Mi.q̃dni.i cur non patiar presertim cum mederi non possim. De.dic mihi non clamas.i.vociferas aduersus eschinum iurgijs ⁊ improperis:non insanis.i.nõ verteris in furiã.cum hec cernis. Mi.nõ q̃dem.i.nõ etiam dico sup.illi eschino malum ꝟbum.i.molestũ aliq̃d.⁊ nõ malui vt legi in aliq̃bus codicibus.nam Dona.malum dicit nec etiam coheret sensus. De. Puer natus est ex pãphila.s. Mi.Dij bene vortant.i. quod dici solet bene possit euenire seu bene feliciterq̃ eueniat:vel dij ↄuertãt rem vt optamus vel vt norunt nobis expedire.Hoc autem dictum frequens est apud comicos.Dij bene vertent quod agas. plerũq̃ enĩ bona in peius mala mutantur in melius. De. virgo pamphila nihil habet id est ẽ pauper.

Mi. audiui. i. intellexi eã nihil habere. De. & ipa virgo est ducenda. i. capienda in vxorem indotata id ẽ sine dote. Mi. scz id est certe est ducenda indotata. De. quid nunc est futurum de hac re. Mit. enĩ id ẽ certe. i. futurum quod ipsa res id est ipa necessitas fert id est affert & postulat seu ꝯpellit. Uirgo. i. ipa pamphila que prius erat virgo ante ꝙ ab eschino stupraretur. transferet. i. traducetur illic. i. ex domo sua huc in domũ nostrã De. proh iuppiter irascẽtis exclamatio tragica poti⁹ ꝙ comica quasi sit: testor te iouem id ita fieri non debere.

Mitio. Audiui. Demea. Et ducenda indotata est?
Mit. Scilicet. De. Quid nunc futurum est. Mitio.
Id enim quod res ipsa fert. Illinc huc transferetur
virgo. Deme. O iuppiter istoccine pacto oportz? Mi
tio. Quid faciam amplius? Demea. Quid facies? ro
gitas? si non ipsa re tibi istuc dolet: simulare certe est
hominis. Mitio. Quin iam virginem despon di. res
composita est: fiunt nuptie. dempsi metum omnem:
hec magis sunt hominis. De. ceterum placet tibi fa
ctum mitio? Miti. Non si queam mutare: nunc cum
non queo: equo animo fero. ita vita est hominuȝ: qua
si cum ludas tesseris: si illud quod maxime opus est
iactu non cadit: illud quod cecidit forte: id arte vt cor
rigas. Demea. Corrector: nempe tua arte viginti
mine pro psaltria periere. que (quantum potest ali

Istoccine id est vtrũ oportz fieri sup. nuptias isto pacto. i. isto mõ quẽ dicis etiã sine dote. Mi. q̇d faciã amplius. i. vltra ꝙ feci vel quid p̃ter nuptias a me fieri potest. De. rogitas. i. petis q̇d facias. si istud. s. nuptias fieri idotatas non dolet tibi id est nõ est tibi dolori. reuera vel re ipa. i. ipo effectu & i rei veritate. Dona. tñ dicit ibi rẽ capi p vtilitate. Si ꝙ reva tibi istud non dolet certe i. saltem est homis. i. spectat ad hoiem & ꝯgruum & decens & licitum est homi simulare. i. fingere doloreȝ in tali re gratia vtilitatꝭ sui ꝑpinqui: nõ qꝛ hoĩs dicat eẽ mentiri: sed qꝛ sepe iracundie simulatio custodia est discipline. Mi. quin. i. q̇nimo immo vero seu atqꝫ etiam iã despondi. i. tãꝙ socer futurus filio meo petiui illaȝ filiam. despondet enĩ puellã qui petit: spondet aũt a quo petitur. inde sequunẗ sponsalia & spõsus et sponsa & actiones ex sponsu: vt ait Gelius. res. i. negociũ de cõiugio est cõposita. i. pacta trãsacta ꝯfecta nuptie fiunt. dẽpsi p̃teritum a demo is. i. abstersi deȝ metum. De. que acta sunt magis sunt hominis id magis decent hominem et spectant: ꝙ id quod dixisti scilꝫ simulare. Nam simulatio & mendatium non cadunt in virum bonum. De. ceterum id est sed o mitio factum istud de coniugio indotato placetne tibi. i. probas tu illud. Mi. non placet mihi si queam id est si possim mutare nunc cum non queo mutare: fero equo animo id est patienter neqꝫ me ob id excruciandum duco: vita hominũ est ita id est eiusmodi vt corrigas id est corrigat aliqs. scda ꝑsona pro tertia. hoc est vt aliquis in rectum reducat arte id est calliditate ꝯsilio id quod accidit sup. qsi id est tanꝙ cum ludas tesseris id est talis si illud quod maxime opus est id ẽ qd̃ plurimũ requirit ad hoc ꝙ lucri fiat non cadit in alue[illegible] iactu. i. ꝓiectione tessere: vel iungi potest iactu cum opus sit. si illud quod opus est iactu non cadit. opta tibi iector vtrũuis: ita est sup. ludus vt tu corrigas. i. ꝙ arte id est astutia calliditate ꝯsilio industria illud quod forte cecidit. actu tessere: neqꝫ statiȝ propterea deserendus est ludus. & ideo vt recte intelligatur sic dicendum est ita ẽ vita hominuȝ vt corrigas. i. emẽdes id quod accidit arte id est ꝯsilio & industria quasi cum ludas tesseris si iactu tessere illud qd̃ maxime opus est nõ cadit ita est sup. ludus vt corrigas arte quod forte cecidit. De. Corrector id ẽ dicis esse corrigendum arte. quod accidit. o corrector. q. d. qualis corrector tu es ridendo cum qualis emẽdator illius in quo ẽ erratum: nempe. i. certe tua arte. i. tuo consilio & tua correctione viginti mine id ẽ viginti ꝑiere id est perdite fuerunt pro psaltria que psaltria est abijcienda. i. detrudenda eijciẽda ali

quo .i. in aliquem locū quantum pōt .i. q̄ celerrime pōt abijci vel quātū fieri pōt vt abijciatur si nō ꝑcio ē abijciēda .i. si nō vendat alicui q det ꝑcium quo ꝯstitit vel .i. saltē vel ēt grat3 .i. sine ꝑcio aut venditione est aliq̄ eijciēda accedente noua nupta. Mi. neqȝ ē .i. neqȝ expedit neqȝ sane .i. certe studeo .i. volo cupio laboro vēdere illā. vel sic. neqȝ ē abijciēda grat3 neqȝ studeo vēdē illā. De. igr̄ id quid facies ex illa. Mi: ipa erit domi mee. D. ꝓb fidē diuū .i. diuorū .i. iploro sup. fidē .i. opē diuorum meretrix ⁊ mr̄familias .i.

quo abijciēda ē: si nō ꝑcio: vł gratis. Mi. neqȝ est: ne
qȝ illā sane studeo vēdere. De. q̄d igit̄ facias? Mi. do
mi erit. De. prob. diuū fidem meretrix ⁊ materfamili
as vna i domo? Mi. cur nō? De. sanū ne te credis eē?
Mi. eq̄dē arbitror. De. ita me dij amēt. vt video tuā
ego ineptiā. facturū credo: vt habeas qui cū cātites.
Mi. cur nō? De. ⁊ noua nupta eadē hec discet? Mi.
scilicet De. tu inter eas resti ductās saltabis. Mi. p
be. ⁊ tu nobiscū vna si op⁹ sit. De. hei mihi. non te hec
pudent? Mi. iā vero omitte demea tuam istanc iracū
diā: atqȝ ita vti decet hilar ac lubētē fac te i gnati nu
ptijs ego hos cōueniā post huc redeo. De. o iuppiter:
hāccine vitā? hoscine mores? hanc demētiā? vxor sine
dote veniet. int⁹ psaltria ē. dom⁹ sūptuosa. adolescēs
luxu perdit⁹: senex delirās. Ipsa (si cupiat) sal⁹ serua
re prorsus non potest hanc familiam.

vxor honesta quā ab illis mores discernūt erit vna .i. simul cōgregandi aduerbiū3 est. in domo vel meli⁹ erit in vna domo .i. sub vno tecto. Mi. cur non erit in vna domo meretrix et materfamilias. De. ne .i. vtrū credis te esse sanū id est sane mentis seu animi compotem qui talia dicis. Mi. equidem arbitror me esse sanum. De. ita dij amēt me. iurantis est et asseuerātis. credo te esse facturu3 scilicet vt sint in domo vt habeas qui cum id est cu3 qua cantites .i. frequenter cantes more puerorū cum iam sis senex: vt id ē quantā ego video id ē perspicio tuam ineptiam .i. tuam fatuitatem et incōsiderationem. Mi. cur non facerē .s. De. ⁊ noua nupta discet hec eadē q̄ fient a psaltria. Mi. sc3 .i. certe discet illa eadem. De. tu ductans id est frequēter ducens ⁊ agitās resti .i. funē, saltabis .i. q̄d dicūt tripudiabis inter eas .s. nurū et psaltriā more pueror̄ et puellarū qui ꝯnexis manibus choros ducentes resti3 ducere existimantur. Alij dicunt hūc lusum eē natu3 ab eo fune quo introductus equus ligneus in troiā est cū connexis manibus fune chor̄ ducūt saltantes. Restis facit restim in actō singl'ari q̄d vnicuiqȝ liquet. Mi. probe id est pulchre id faciam et tu saltabis vna nobiscum si sit opus. De. Hei mihi .i. dolor inest mihi vel dolore afficior ob hāc rē. hec dicta tua vel hec inhonesta factu nō pudent te .i. non afficiunt te pudore: interrogatiue legendo. vbi pudent ꝑsonale est v̄bum a pudeo es, habetqȝ actīm post se: vt hoc pudet .i. affert mihi pudorem. Mit. o demea iā vero .i. preter ea vel sed nūc omitte .i. euome dimitte a te istanc .i. istā hanc iracundiā tuā. ira ait Do, ē de cā: iracūdia vero ē de vicio multū irascētis. atqȝ fac .i. labora efficere te hilarū pro hilarē antique. nam antiqui dictarūt hilarus ra. rū. ac lubētē .i. boni aī in nuptijs gnati tui ita vti decet .i. honestū est te eē hilarē ⁊ lubentē ego cōueniā .i. alloquar hos quos ei ōndebat q̄sqȝ alloqui volebat p⁹ .i. deiñ redeo huc ad te. De. o iuppiter hāccine .i. vtrū decet sup. hāc vitā eē sup. vel agi vel adduci hoscine .i. vtrū decet hos .i. tales mores ꝑdi tos eē .i. ꝑseuerare i hoībus decetne ne inq̄ hāc demētiā .i. hāc isaniā eē subaudi. vxor veniet sine dote psaltria ē int⁹. dom⁹ .i. familia h̄ ē hoīes de familia ē sūptuosa .i. auida sūpt⁹ ⁊ multa cōsumēs ac expendēs. adolescēs eschinus ē ꝑdit⁹ luxu .i. libidīe ⁊ lascivia. senex sc3 mitio ē delirās .i. desipiēs et a recta lira seu a recto tramitte discedēs. Si ipa sal⁹ q̄ si sit dea queādmodū cōcordia pax ⁊c. cupiat ꝯuare .i. saluare cōseruare icolumē hāc familiā prorsus .i. oīno nō poterit ꝯuare eā inq̄.

Comedia.IIII.



Depol &c. Hic ebrius inducitur syrus adeo vt syriscum se dicat non syrum. Alloquitur primo seipsum. o syrisce edepol iurandi aduerbium. curasti id est tractasti te molliter. i. delicate et administrasti. i. exercuisti laute. i. opipare munde delicate tuum mun⁹. i. tuū officium edendo quicquid esset lautum et cyathos sorbillando. Abi. sibiipsi dicit cum blandientis laudatōe. nā sic dicunt qui iā compotes sunt votorū oīm perfectiqꝫ sibi vi dentur in rebus vniuersis postq̄ sum intus satur id est ingurgitatus refertus repletus omniuz rerum: id est omnium ferculorum libitum est id ē placitum ē siue placuit: idem enī sunt libitum est et libuit: placituz est et placuit. posset hic forsitan libitum est capi pro presenti: id ē placet tanq̄ libitum est nomen quemadmodum et placitum vt dicimus dictiones impositas fuisse ad placitum tuncqꝫ cum diceretur hoc est placitum meum: nomen est placitum: sic existimo re vera hic ita capiendū libitum vt sit nomen et tunc sensus est presentis sic est libitum meum id est placitum meuz vt ita dicā prodeambulare id est prorepta re huc id est ad hunc locum ostendebat vbi in hoc verbo prodeambulare due prepositiones vni dictioni adiunguntur. vt Virg. pede ꝓsubigit terram. De. vide id est cōsidera animaduerte illud quod sequitur: videlicet q̄ supple sis exemplum discipline aliis conseruis quos etate precurris sic eos exēplo discipline ⁊ boni mōi viuendi precedere debes. et bene ait discipline. vult eniz demea vt alii discant ex eo quonam modo sit honeste seruienduz. Syr. autez id: est sed ecce noster senex scz Demea adest hic: quid fit quid agitur quid id est cur es tu tristis. De. ohe. interiectio affecti tedio ⁊ indignatione propter ebrium seruum inepte colloquentem cum viro honesto. Scelus id est o scelerate serue. Syr. eho. interiectio hic quasi ridentis iam id est statim. o sapientia ridet eum iam tu fundes: id est sine cessatione tu proferes aut etiam in vanum prodes hic verba cuz nemo tibi sit optēperatus. De. tu si esses meus seruus deinde interrupit sermonem seruus. Syr. esses dis id est diues hic et hec dis ditis. si tu⁹ essez scilicet o demea ac stabiliisses id est confirmasses corroborasses siue consolidasses et auxisses rem tuam id est tuam rem familiarem siue tuam substantiam. De. prosequit̄ qd̄ inceperat si tu esses meus curarem vt esses exemplum omnibus aliis seruis ne inebriarentur. Sy. q̄obrē. i. quare qd̄ feci: De. rogas id ē petis o scelus id est scelerate serue potastis q̄si ceteri serui vna potarīt vel q̄ aliis eē exēplū dēret satꝫ q̄ potastꝫ. i. bibistis ī ipa turba. i. ī ipa turbatiōe et in maxio pctō. qd̄ pctm̄ vix id est q̄si nondum est sedatum id est pacatum et potastis ergo quasi re bene gesta id est quasi res bene se habuisset nec fuisset crimen admissum vt fuit: quasi dicat vestra ebrietas ostendit vos esse sollicitos de factis filiorū quibus pedagogi ꝯmissi estis. Sy. sane. i. certe nollē hunc exitū id ē vellē nō exiuisse huc ad deambulandum q̄n demee iurgi non subiissem.

Syrus. Demea.



Depol syrisce te curasti molliter: lauteqꝫ munus administrasti tuum. abi sed postq̄ intus sum omnium rerum satur: prodeambulare huc libitum est. De. Illud sis vide exemplum discipline. Sy. Ecce autē adest senex noster: qd̄ fit: Quid tu es tristis: De. Ohe scelus. Sy. Eho. iaz tu verba fundis hic sapientia. De. Tu si meus esses: Syrus. Dis quidem esses demea: ac tuam rem stabilisses. De. exemplum omnibus curarez vt esses. Sy. Quāobrem: Quid feci: De. Rogas: in ipsa turba atqꝫ in peccato maximo (quod vix sedatū est) potastis: satis scelus: quasi re bene gesta. Sy. sane nollem huc exitum.

Dromo puer. Syrus. Demea.


Eus syre &c. Hic aduentu cuiusdā parasiti siue comessatoris deprehensus eē ostēditur ctesipho a patre suo Demea. Dromo. heus aduerbiū vocādi. o syre Ctesipho. rogat te. vt redeas ad se vnde ebrius venisti. Sy. indignat⁹ ꝙ nominasset ctesiphonē corā patre ꝑ imprudentiā. dixit. abi. i. vade in malā rē. De. Quid. i. cur hic parasit⁹ narrat ctesiphonē. i. noīat eū. Sy. Nihil. i. nihil narrat iꝙ nescit q̄d dicat. De. eho īteriectio deꝑhendentis aliq̄d alteri⁹ īprudētia. o carnifex id ē tortor q̄ me excrucias & mori me deniq; cogis tuis īprobitatib⁹. Ctesipho est ne int⁹? Sy. nō est intus. De. Cur hic Dromo noīat eū? Syr. est alius q̄dem parasitaster id ē imitator parasitorū paruulus. per quod ostēditur parasitaster non esse diminutiuū nomen: sed potius imitatiuū. Nostin id est cognoscis ne eū. De. Iā. i. nunc scibo id est sciā sit intus nec ne. Syr. Quid agis? quo abis? De. mitte id ē dimitte me. īpediebat enī eū ne iret. Sy. inꝙ. i. dico tibi noli ire scꝫ. De. o mastigia. hic & hec mastigia declinatur in prima inflectōe. i. malus & nequam seru⁹ vel ancilla. Et vt inq̄t Seruius. est seruus sepenumero verberibus cesus et cedi dignus. a mastigo verbo greco quod significat cedo. Non abstines manū id ē non temperas nō contines non amoues manū a me retinendo. s. seu nō cohibes nō repmis non compescis manū a me impediendo: interrogatiue ꝓferendo An mauis id est potius vis cerebrū dispergi. i. diffundi frangi tibi hic ictu huius baculi quē tenebat senex. Sy. abijt. s. senex. i. euasit mihi e manibus. & hoc dicit tristi vultu. Edepol iurantis est. sane. i. certe vel valde dico sup. vel constat comessatorem. i. iustum ꝑasitū cui⁹ inepta ꝓnunciatōe deꝑhensus ē seu opp̄ssus Ctesipho ꝯstat haud id nō fuisse supple sane id ē valde ꝯmodū. i. consentaneū oportunū presertim. i. precipue Ctesiphoni qui eius aduentu ē deꝑhensus. Alij dicunt comessatorē dici de Demea qui veluti comessator inopinatus supuenit & omia turbauit. Quid ego agam nunc: nisi dum id est ꝙdiu he turbe id est he turbationes q̄ iam sunt: sꝫ statiꝫ future sunt silescunt id ē pacate efficiuntur siue dum ad tranquillum res redeunt. interea abeam id est discedam abdam me aliquo id est in aliquem locum puta in angulum aliquem atq; nisi illic edormiscā id est exalem dormiendo hoc villi id est hoc pauculum vinum quod adbibi nimium. vinum villum facit per diminutionem sicut vnus vllus: asinus asellus. deinde tanꝙ id apud se certū sit ac deliberatū subdit sic. agā id est abdā in angulum et edormiscam hoc vilum &c.


Eus syre te rogat ctesipho: vt redeas. Sy. Abi. De. Quid Ctesiphonē hic narrat? Syr. Nihil. De. eho carnifex est ctesipho intus? Sy. Non est. De. Cur hic noīat eū? Syr. Est alius quidaꝫ parasitaster paruulus. nostin? De. Iaꝫ scibo. Sy. Quid agis? quo abis? De. Mitte me. Sy. Noli inꝙ. De. Non manuꝫ abstines mastigia? an tibi iam mauis cerebrum dispergi hic. Sy. Abijt. edepol comessatorem haud sane cōmodum presertim ctesiphoni. Quid ego nunc agam: nisi dum he silescunt turbe interea in angulum aliquo abeam: atq; edormiscam hoc villi: sic agam.

Mitio senex. Demea.


Arata a nobis sunt (ita vt dixi) sostrata: vbi vis. q̄snā a me pepulit grauiter fores?


Arata &c. In hac scena est collatio. i. comparatio congregatio duarum personarum mitis ac seui seu terribilis & austeri. Mit. o sostrata omnia parata: sunt a nobis ita vt dixi vbi vis ꝙ sup. fiant nuptie quisnaꝫ pepulit id ē pulsauit percussit tā grauiter fores a me. i. fores meas. dicimus enī accepi litteras a te pro accepi tuas litteras.

Demea. Hei mihi quid faciam? quid agam? quid cla/mem? aut quid querar? o celum: o terra: o maria neptu/ni. Mitio. Hem tibi rescivit omnem rem id nunc cla/mat: scilicet parate lites succurrendum est. De. Eccũ/adest communis corruptela nostrorũ liberorũ. Mi/tio. tandem reprime iracundiam: atqȝ ad te redi. De/mea repressi: redii: omitto maledicta omnia: rem ip/sam putemus: dictum inter nos hoc fuit: ex te adeo/est ortum: ne tu curares meum. neve ego tuum: respõ/de. Mitio. Factum est non nego. Demea. Cur apud/te potat? cur recipis meũ? cur emis amicam mitio? Nã/qui minus mihi idem ius equum est esse quod equum/est tibi? quando ego tuum non curo ne cura meum./Mitio. Non equum dicis. Deme. Non? Mitio. Nam/vetus verbum hoc quidem est: communia esse amico

De. hei mihi; pre dolore nimis hoc dicit. quid faciam: quid clamem: aut quid querar. i. cõquerar de fratre, cum ego mea indulgentia veniam criminandus. O celum o terra o maria neptuni. i. maria quibus preest neptunus. exclamationes sunt ⁊ invocationes elemẽtorũ quasi totum mundum accuset vel diis irascatur qui in illis sunt elementis. Tria autem elementa tantum invocat que caduca sunt ⁊ inferiora ita celum capiendũ est pro aere. Videriqȝ potest diluviũ ⁊ interitũ rebus optare ita vt virgiliano more dicere velit. Omnia vel medium fiant mare. Mi. Hem interiectio dolẽtis. ipse demea rescivit tibi; omnem rem id est totum negocium totum figmentum de emptiõe psaltrie pro filio: vbi tibi ad nullum refertur vt fieri sepe solet in mihi et tibi: vt en tibi fores crepuerũt tu mihi semper dormis. in talibus locutionibus mihi et tibi: nec ad me nec ad te nec ad quẽqȝ referuntur. Scȝ id est certe nũc clamat id. i. ob illũ quia rescivit rem omnem. Lites id est iurgia sunt parate ipsi Ctesiphoni: ⁊ mihi etiam succurrendum est id est oportȝ succurrere ei filio eius. De. eccũ. i. esse hic cõis corruptela id est depravatio corruptio nostrorum liberorum nõ vnius tm̃ sed duorum adest in promptum est seu palam est: vbi cõis dicit quasi vtriqȝ cõtingens ⁊ vtrũqȝ contaminãs seu corrum pẽs. naȝ proprie commune dicitur de duobus interdum etiã de pluribus vt hoc est mihi cõmune tecum id ẽ tibi mecum convenit vel mihi tecum. Mi. tandem. i. post longam tui vexationem reprime iracundiam. Ira est de cã: iracundia de moribus atqȝ redi ad te hoc est te collige redi ad lenitatem placa teipsum. ⁊ bene redi ad te: quia ira dr̃ ab eo quod est ire eo ꝙ a se eat qui irascitur: ⁊ furit ⁊ ideo qñ placatur aut resipiscit ad se redire dr̃. De. repressi id est compescui iracundia rediĩ ad me id ẽ placatus sum: mitto. i. omitto omnia maledicta id est omnia probra. i. improperia iurgia putemus id est tractemus: purgemus rem ipsam id est causam ipsius litis. naȝ putare proprie est falsa ⁊ infructifera a veris ⁊ fertilibus resecare vnde arborum purgatores putatores dicuntur. hinc ⁊ putamina purgamenta dicta sunt hoc qd̃ sequitur postea scȝ ne curares ⁊c. fuit dictũ inter nos ⁊ adeo. i. certe illud ortum est. i. processit ex te q̃ illud dixisti videlicet ne id ẽ ꝙ tu non curares. i. cure haberes meum filiuȝ neve id est ⁊ ego non curarem supple tuum filium responde an hoc fuerit dictum necne. Mitio. factum est id est illud a me processit dictum nõ nego. De. Cur nunc filius meus potat apud te. Cur recipis meum filium in domũ tuaȝ ad potandũ ⁊ lasciviandum. o mitio cur emis amicam meo filio. Nã qui. i. cur vel quare minus. i. nõ equum id est non licet non decet non est iustum idem ius esse mihi. i. ꝙ habeam idem ius quod ius equum est tibi esse. i. quod ius tibi licet habere quasi peiori cõditione sim ego ꝙ tu sis ita ꝙ vt vult Do. sit textus. nam q̃ minus mihi idem ius equũ est esse qd̃ equum est tibi. quando. i. quod dicunt postꝙ ego nõ curo tuum filiũ ne curare. i. noli curare meũ. Mi. nõ dicis equũ. i. nõ dicis qd̃ equũ sit ⁊ iustũ dicere. De. nõ dicis ꝙ non dico equum. Mi. nã q̃dem. i. certe hoc verbum. i. hoc dictum hoc proverbium est: vetus. i. tritũ oĩa

amicoꝝ esse cōmunia inter se.i.esse cōmunicāda vbi opus est.quod ꝓuerbium inter pithagoreos ortū est. De.facete.i. vrbane illud est dictum a te.nunc demum istec oratio nata est quasi nata repentina et subito exorta id est amicorum omnia esse cōmunia: videlicet non habe es quid respondere posses q̄si videat eum iam conuictum demea. Mitio.ausculta paucis id est breui sermone.o Demea nisi est molestum id est si fiat sine molestia tua.hoc est si tibi placet vel cordi est. Principio id est imprimis si id qd̄

rum inter se omnia. Demea. Facete nunc demū istec nata oratio. Mitio. Ausculta paucis (nisi molestum est) demea. Principio si id te mordet: sumptum filij quem faciunt queso facito. hec tecum cogites. Tu illos tuos olim ꝓ re tollebas tua. ꝙ satis putabas tua bona ambobus fore. et me tum vxorem credidisti scilicet ducturum. eandem rationem antiquam obtine: conserua: quere: parce: fac q̄ plurimū illis relinquas gloriam tu istanc tibi obtine. Mea (que preter spem euenere) vtantur: sine. De summa nihil decidet. quod hinc accesserit: id de lucro putato esse: omnia hec si voles: in animo vere cogitare Demea et mihi et tibi et illis dempseris molestiam. Demea. Mitto rem cō suetudinem ipsorum. Mitio. Mane. istuc ibam: multa in hoīe demea signa insunt. ex q̄bus cōiectura facile fit. Duo cū idē faciūt sepe: vt possis dicere hoc licet

faciunt filij vel id quod facio ꝓ filijs suppeditando sumpt⁹ mordet te id est te offendit ac ledit: queso id est obsecro ⁊ est obiurgatorium facito sumptū.i.impensam quē tui filij faciunt. cogites tecum hec que sequuntur. tu olī tollebas id est educabas nutriebas illos filios tuos pro re tua id est secundum facultatem tuam et secundum qualitatem tui patrimonij quod per rem sepe significat ꝙ.i.q2 putabas bona tua satis fore.i. sufficientia fore ambobus filijs tuis et tum id ē tunc.s.i. certe credidisti me ducturum fuisse.i. ꝙ ego ducerem vxorem: nunc obtine.i. habeas eandem illam rationem id ē considerationem antiquam.i.quam prius habeas: conserua id ē custodi iam acquisita quere id ē acq̄re noua parce a parco is. id ē oībus partis vtere modice. fac i.effice vt sup.relinquas illis q̄ plurimū bonoꝝ.s. id est q̄ plurima bona: obtine tibi id est habe tibi istanc gloriam istam laudem de tollendis ⁊ educandis ac ditandis filijs tuis.sine id est patere permitte ꝙ sup. filij tui vtant̄ mea.i.meis rebus. ⁊ hoc antiq. Dona. legit vtant̄ his reb⁹.s. q̄ euenere preter spē.i. p̄ter expectationem ⁊ opinionē tuam.nam

cum putares me vxorem ducturum non expectabas a me bona pro filijs. Nihil decidet id est diminuetur de summa rei tue.s.q.di nihil tibi constabit putato id esse de lucro quod accesserit id est adiunctū vel additū erit hinc id est ex meis bonis.quasi dicat.qd̄ tuis filijs accedet ex me de lucro id putato p̄sertim cum ante putares nihil esse accessurū illis. o demea si voles cogitare in aīmo vere hec omnia que dico dempseris id est demes molestiam id est displicentiam ⁊ mihi ⁊ tibi ⁊ illis filijs. De.mitto id est omitto rem id est pecuniam loquor sup. vel doleo seu defleo consuetudinem ipsorū id est vel malam conuersationem vel deprauatos mores.quasi dicat.non me mouet pecunie consumptio quantum morum deprauatio. Mi.interrupit sermonem Demea nunc. Mitio interrumpit sermonē demee inq̄ens Mane id est tace noli pergere in eo quod incepisti dicere: scio id est intelligo. quid velis dicere. ibam istuc id est nisi interrupisses meum sermonem pergebam ad illud dicendū quod dicere te velle intelligo.o Demea multa sunt signa in homine ex quibus signis coniectura id est coniectatio presensio future probitatis fit facile: vt sepe id est sicut plerumq3: quum id est quando duo homines faciunt idem id est eandem actionem possis dicere id est intelligere scire sentire licet huic facere hoc: huic facere

impune facere huic: illi non licet. Non ꝙ dissimilis res sit: sed ꝙ is qui facit: que ego esse in illis video: vt confidam fore ita vt volumus. Video eos sapere: intelligere: in loco vereri: inter se amare: scire est liberum ingenium atq; animum quo vis illos tu die reducas. atenim metuas: ne ab re sint tamen omissiores paulo. o noster demea ad omnia alia etate sapimus rectius. vnum hoc vitium senectus affert hominibus, attentiores sumus ad rem omnes q̄ sat est: quod illos sat etas acuet. Demea. Ne nimium modo bone tue iste nos rationes mitio: et tuus iste animus equus subuortant. Mitio. Tace non fiet. mitte iam istec: da te hodie mihi: exporge frontem. Demea. Scilicet: ita tempus fert faciundum est ceterum rus

impune id est sine punitione ⁊ criminatione ⁊ reprehensione: ⁊ possis dicere non licet illi facere hō impune: non hec est diuersitas talis eo ꝙ res q̄ fit ab eis fit dissimilis: sed ꝙ id est quia is qui fecit eam est dissimilis inq̄ꝗ que signa predicta inherentia hominibus quibus mores futuri possint coniectari video id est sentio esse illis filijs tuis vt id est ita ꝙ confidam id est certissime credam vel sperā ita fore vt volumus id est eos nostris votis imposterū suis probatis moribus responsuros. Hec sūt signa video eos sapere: video eos itelligere id est intelligentes esse q̄d faciat in rem suam: video eos vereri id est timere in loco id ē vbi est opus ⁊ cōmoduȝ seu oportuniuȝ: video eos amare inter se id est mutuo amore se ꝓsequi. Dicimus eleganter amamus inter nos pro amamus nos iter nos. amatis inter vos ꝓ amatis vos inter vos: amant inter se ꝓ amāt se inter se: video inq̄ꝗ eos scire id est eē scientes: vel video eos scire liberū ingenium. i. liberaȝ naturam suam: video animū coruȝ liberū inq̄ꝗ. alij habēt scire est. i. scire lȝ. i. potest cognoscere q̄sq̄ꝗ ingeniū liberū ⁊ animū tu reducas id ē reducere possis ⁊ reuocare in bonā viā vite illos filios quo die tu vis. i. quo tp̄e eos velis reuocare: nō sūt ꝑtinaces in malis: atenī. i. sed certe: metuas ne id ē ꝙ tamen sint paulo omissiores id est negligentiores ab re. i. a patrimonio cōseruādo et augēdo seu ne sint tardiores ad suā vtilitatē ꝯquirendā: omissus sa. sum. inuenitur ꝓ negligenti ⁊ tardo qui. s. multa omittit que facere deberȝ: timet ergo ne fiat negligentiores ab re: quia potant amant ⁊ olent vnguenta. o noster Demea frater et amice sapim⁹. i. sapientes sumus ⁊ intelligimus rectius seu sentimus etate id est pietatem nostram senectutis ad oīa alia. i. ad oēs alias res p̄terq̄ꝗ. i. ad auariciā. Senect⁹ affert hoībus hō vnū solū viciū auaricie scȝ ꝙ nos oēs senes sumus attētiores. i. diligentiores curiosiores magis anxij ad rem. i. ad pecuniā cōgerendā q̄ꝗ sat. i. q̄ꝗ est equū ⁊ sufficiēs qd id est ad qd scȝ vt sint attētiores ad reȝ etas id crescētes anni satis acuet. i. incitabit illos methaphora est in. acuet. Demea. o mitio vereor sup. ne. i. ꝙ iste tue bone rōnes et iste tu⁹ anim⁹ equus. i. iustus ⁊ pius in nos subuertāt. i. latenter deflectāt ⁊ ꝯuertāt nos modo. i. tunc vel paulopost nimium id est supra q̄ꝗ satis ē vel lege subuertant. s. deijciant nos a seueritate nostra qua vti in filios erat animus. Alij legunt ne pro certe vel valde non subaudiendo vereor sed potior sententia superior est. Mitio. tace nō fiet id ē non subuerteris nimium vt times: iam id ē nunc mitte id est omitte istec que tu times. da te id est accommoda te mihi id est voluntati mee hodie. quasi dicat. morem mihi geras hodie tantum exporge pro exporrige id est explica frontem quam contraxisti tristitia. quasi dicat. exhilara te ⁊ facieȝ tuam hodie amore mei. De. scȝ id est certe tempus. i. temporis conditio: hoc ē tempus nuptiarū filij fert ita id ē ita postulat vt. s. frons exporrigatur: faciundum est id est facere necesse est. Ceterum id est sed quicquid faciam hodie ibo cras hinc id est ex hac vrbe: rus id est in agrum ad operanduȝ. vbi rus

ponitur aduerbialiter. ꝛ ibo cum filio et quidem cum primo lucu id est cumprimū[vt Gellius ait] dilu culabit vel cū primū sol ceperit illucescere. Ueteres dicebant lucus lucus lucui quarte declīationis ꝛ masculini generis pro luce lucem ipam pro sole ponentes. Ergo cum primo lucu id est cumprimū ceperit sol illucescere. Mi. Immo id est sed censeo ꝙ supple eas rus de nocte quasi dicat non impediaz q̄n rus eas etiam noctu. dummodo hunc diem letum transigamus modo: id est tantummodo hodie fac:

cras cum filio cum primo lucu ibo hinc. Mitio. Immo de nocte senceo: hodie modo hilarem te fac. Demea. Et istam psaltriam vna illuc mecum hinc abstrabam. Mitio. Pugnaueris: eo pacto prorsuz illic allegaris filium: modo facito: vt illam serues. Dem. Ego istuc videro: at illi fauille plena fumi: ac pollinis coquendo sit faxo ꝛ molendo. Preter hec meridie ipso faciaz: vt stipulā colligat: taz excoctā reddā atq atrā: ꝙ carbo est. Mit. Placet nūc videre sapere. At q equidē filium tum (etiam si nolit) cogas vt cum illa vna cubet. De. Derides? fortunatus qui istoc animo sies: ego sentio. Mi. Ah pergis ne? De. Iamiam desino. Mit. I ergo intro et cui rei est: opus hilarem hunc sumamus diem.

Demea. Syrus.

id est exhibe te hilarez id est vultuosum letabundum. De. et ego abstrahabam: id est cum asperitate seu acerbitate abducam hinc ex hac vrbe illuc: id est rus vna: id est simul mecum. Mi. Pugnaueris: id est rem magnam feceris. Sic lucilius Uicimus ocius ꝛ magnam pugnauimus pugnā. eo pacto id est eo modo illam abducendo tecum. Alligaris id ē alligabis coniunctiuum pro indicatiuo prorsum id est omnino vel recte certe vere filium tuum illic id est ruri. cum psaltria viderit. Ligare est alicui vincula inijcere. sz aliquis dicitur alligari ad aliquid sine quo eē n̄ potest vt amator ad amicam. Modo id est tantummodo facito id est efficito vt serues illam scilicet psaltriaz. Nā illā seruādo filiuz quoq retineb. De. ego videro istud. id est quod dici solet dimitte mihi facere de hoc. s. vt illā seruē. Itē quod dici solet iepte. Refer te mihi de hoc sicut dicimus te videris. vbi dici solet ego me refero tibi. Atq illi psaltrio. faxo id est faciaz ꝙ supple sit plena fauille id est scītille extincte ꝛ deserte ab igne: ꝛ ꝙ sit plena fumi coquendo panes scz vel fruges torrēdo vt molantur Ac faxo inq̄ vt ipsa sit plena pollinis id est farine tenuis et minute: que volitat ex mola cum molit̄ quā rustici fatuā farinā vocant: q̄ farinula et multores siue pistores sunt toti obrupti et cādidati. Faciā ego vt sit talis molēdo id est pinsendo frangendo fruges mola. p̄ter hec. i. vltra ista que dixi faciā vt colligat stipulā id est culmum segetuz in ipso meridie quasi in ipso feruore et estu solis quo videlz ipe sol est vehementior ego reddaz. i. efficiā ipam tam. i. tātū excoctā. i. tātum a sole desiccatā atq atrā. i. nigram p̄pter feruorem ꝙ. i. q̄tū carbo est excoctus ꝛ ater. Mi. nūc placet videre. i. delector cum video sapere. i. sapiētes homies esse hoc est cū video sapiētiam a te exerceri atq etiam tum. i. tunc cogas filelium vt cubet vna cum ea psaltria etiam si nolit. De. derides. Ridere dicitur qui simpliciter ridet. deridere vero qui cum alterius irrisione et cōtemptu ridet ego sentio id est percipio ꝙ supple est fortunatus id est felix qui sis isto animo: id est q̄ habeas istum animuz quem habes. Ita solemus dicere cum cura nos offēdit fortunatos esse stultos qui nihi sentiant. Mi. pergis ne id ē procedis ne in tuis iurgijs et in tua tristitia. De. iamiam id ē nūc desino id est cesso desisto verba iniucunda dicere. Mi. ergo I id est vade intro id ē in domum et sumamus id est impendamus consumamus. vnde et sumptum dicimus pecuniam que insumenda ē. Sumamus ergo hunc diē hilarē ei rei scz ludo leticie voto gaudio nuptiali: cui rei opus ē diē insumi. s. vel cui est id est licet sumere inq̄ hunc diem.



Unq̄ ita ⁊c̄. In hac scena exemplum inducitur hominum qui virtutem tedio deserunt ob contemptuȝ eius ꝙ apud omnes seuū esse vitiosum sit: et adeo fauet. Terentius clementioribus ac mitissimis partibus et hunc quoqȝ adducat ad sententiam mitionis non tamen hoc sentientem ꝙ ita fieri oportet sed ꝙ ita res se cogat. vult enī naturalē inesse veris patribus acrimoniam sed eam semper inuidiosam adolescentibus. De. solus hic loquitur in tota scena.



Unq̄ ita quisq̄ bene subducta ratione ad vitam fuit: quī res: etas: vsus: semp aliquid apportet noui. aliquid moueat: vt illa que scire credas nescias. et que tibi putaris prima: in experiundo repudies. quod mihi nunc euenit. Nam ego vitam duram (quam vixi vsqȝ ad huc) prope iam excurso spacio ego omitto. id q̄obrem: re ipsa repperi. Facilitate nihil esse homini melius neqȝ clementia. id esse verum: ex me atqȝ ex fratre cuiuis facile est noscere. Ille suam semper egit vitam in ocio: in conuiuijs clemens placidus: nulli ledere os

Nunq̄ quisq̄ fuit ratione ita bene subducta: id est nunq̄ aliquis habuit mensuram viā modum ita dispositum computatum et quasi vt ita dicam calculatum ad vitam: id est ad viuendum seu ad vitam degendā. Ducere est digitis computare. seducere est quem apud alium et palam deducere. sed subducere est apud seipsum et secreto deducere quo magis in verbo maioris attentionis et diligentie signum est. Nunq̄ ergo quisq̄ habuit rationem ita bene dispositam ad viuendum quin: id est ꝙ non res: id est experiētia. etas: id est etatis conditio. vsus: id est exercitatio in modo viuendi apportet: id est afferat semper aliquid noui quod prius erat ignotum. ⁊ quin inq̄ res etas vsus moneat id est edoceat semper aliquid vt id est ita ꝙ nesciat illa que credas te scire et vt repudies: id ē recuses rejicias in experiundo id est in exercendo improbando re ipsa ea que putaris id est putaueris esse tibi prima id est precipua eligenda primo loco ponenda ac per hec optima. quod videlicet nescire que credebam scire repudiare que prima mihi putabam euenit mihi nunc. Nam ego mitto id est omitto vitam duram id est plenam acrimonie asperā incultam spacio. i. cursu vite mee ꝓpe. i. fere iam excurso. i. traduco ⁊ ad calcem misso ꝓpter istos decursus metasqȝ viuēdi. ⁊ ē methaphora a cursoribus qui in spacio currūt ad certas metas. Ergo excurso spacio. i. in sūma senectute. omitto ergo vitā in ipsa senectute quā scȝ vitā vixi vsqȝ ad huc. i. hucusqȝ hactenus vsqȝ ad hoc tēpus. Dicim⁹ viuo vitā vt pugno pugnā certo certamen. Et q̄m vt ait Donatus. Demea hic secū loquitur: ideo multa reticet. vt id q̄obrē sic intellige vt vult Donatus subaudiēdo et si quis querat q̄obrē. i. quare faciam sup. id. i. dimittā pristinā vitam respondebo supple ꝙ reperi: id est deprehendi re ipsa id est ipso effectu et ipsa experientia mihi esse melius homini facilitate: id est benignitate neqȝ clementia: id est in irascentia/quo verbo vtitur gelius. Facilis sic differt a clemente. nam facilis est cuius ira cito soluitur: clemens qui non irascitur. Facile est cuiuis id est cuilibet noscere id eē veruȝ videlicet nihil eē melius facilitate et clementia ex me et fratre: id est ex consideratione et comparatione mei et fratris mitionis: ille frater semper egit vitam id est traduxit temp⁹ vite in ocio id est tranquillitate in securitate in pace in vocatione a labore. egit etiam vitam in cōuiuijs id est in sodalitatibus viuendo cum equalibus suis seu gregalibus. vt Ciceroniano verbo vtar. Egit inq̄ vitam ipse clemens id est quasi colens mentem: neqȝ eam vexans irascendo. placidus id est trāquillus. sed clemens est circa recte agentes. placidus etiam circa delinquētes. Item clemens animo. placidus vultu. Clemens ergo nulli ledere os. i. nullum presentē offendere: quod fit cū verbum aliquod molestū presentib⁹ ꝓditur et pectore. Cuȝ enim aliq̄s p̄ns molestia sermonis afficitur: tunc os id ē facies vultus eius offenditur seu leditur: qd̄ satis patet. naȝ si eo sermone pungat̄ statim os eius rubore perfundi cernit̄ qd̄ illi molestā affert passionē. clemētis autē ē nulli eo mō os ledere. egit inq̄ vitā placid⁹

